
E. VALENTÍ FIOL

PRIMERA ANTOLOGÍA LATINA



BOSCH CASA EDITORIAL




PRIMERA ANTOLOGÍA LATINA

EDUARDO VALENTÍ FIOL
Catedrático de Enseñanza Media

PRIMERA ANTOLOGÍA LATINA

UNDÉCIMA EDICIÓN



BOSCH, Casa Editorial, S. A. - Urgel, 51 bis - BARCELONA

DEPÓSITO LEGAL, B. 31.933. — 1974

ISBN 84-7162-043-X

IMPRESO EN ESPAÑA PRINTED IN SPAIN

Imprenta Clarasó, S. A.; Villarroel, 15-17. — Barcelona-11

ADVERTENCIA PRELIMINAR

La Primera Parte de esta ANTOLOGÍA *contiene una selección del* De Viris Illustribus. *Sin embargo, el texto que se ofrece no es siempre el conocido de Lhomond. Con el objeto de graduar las dificultades sintácticas, se ha hecho una combinación entre las diversas versiones existentes, introduciendo no pocas modificaciones originales. Así en los primeros trozos (hasta la pág. 25) se han evitado en lo posible las oraciones de infinitivo, ablativos absolutos, construcciones de gerundio, etc.; las que inevitablemente debían subsistir se han explicado en las notas. Estas notas (que se ha procurado fueran, más que auxiliares de la traducción, encauzadoras del análisis) han servido para mantener la gradación a lo largo del libro. Los cuadros de sintaxis intercalados en las lecturas no tienen otra misión que poner a la vista este corto número de nociones cuya asimilación es objetivo primordial en los primeros cursos.*

En la Segunda Parte, los textos de Fedro, Nepote y César se dan sin alteraciones. En las Narraciones selectas de los autores clásicos *se ha seguido, en líneas generales, la conocida adaptación de Heuzet.*


Para facilitar el estudio de la fraseología (sólo eficaz si se basa en la traducción) se ha hecho una selección de las locuciones y construcciones que el alumno ha de encontrar en los textos del De Viris, *Nepote y César. Es desde luego una lista restringida, entendida solamente como auxiliar del trabajo de clase. Las explicaciones históricas, arqueológicas, etc., se han reunido en un* LÉXICO *al final del libro.*

Barcelona, agosto de 1943

OBSERVACIONES

1.ª Las palabras señaladas con asterisco * se explican en el LÉXICO.

2.ª La Gramática a cuyos párrafos hacen referencia las notas es la GRAMÁTICA LATINA, *Morfología y Nociones de Sintaxis* (Barcelona, 1943, Bosch, casa editorial).



PRIMERA PARTE

La conjunción **cum**

I. ***Cum* histórico.** Es frecuentísimo en las narraciones el uso de **cum** con *imperfecto* o *pluscuamperfecto de subjuntivo* introduciendo una circunstancia de tiempo que influye en la realización de lo expresado en la oración principal. Su sentido es, pues, *temporal* con un cierto matiz *causal*.

Se puede traducir en castellano por medio del *gerundio simple* si el verbo latino está en *imperfecto*, y gerundio *compuesto* si el verbo está en *pluscuamperfecto:*

C. Marius, *cum* omnes portus terrasque *fugeret*, in Africam pervenit: *huyendo Cayo Mario de todos los puertos y de todas las tierras, llegó al África.*

Diu *cum esset pugnatum*, castris nostri potiti sunt: *habiéndose luchado largo tiempo, los nuestros se apoderaron del campamento.*

II. ***Cum* causal.** Con *presente* o *perfecto de subjuntivo*, **cum** expresa *causa* y se traduce por "puesto que", "siendo así que", etc.:

***Cum sis* mortalis, quae sunt mortalia cura:** *puesto que eres mortal, cuídate de las cosas mortales.*

III. ***Cum* temporal.** Con *indicativo*, **cum** es simplemente *temporal*, y se traduce por "cuando":

***Cum* Caesar in Galliam *venit*, ibi duae factiones erant:** *cuando César llegó a la Galia, había allí dos partidos.*

DE VIRIS ILLUSTRIBUS URBIS ROMAE

LOS REYES

I. Orígenes de Roma

1. Proca, rex Albanorum [1], duos filios, Numitorem et Amulium, habuit. Numitori legavit regnum, sed Amulius, cum fratrem pepulisset, regnavit. Deinde, cum eum sobole [2] privare cuperet, Rheam Silviam, eius filiam, Vestae * sacerdotem fecit: haec tamen Romulum et Remum simul edidit. Tunc Amulius ipsam in vincula coniecit, parvulos alveo imposuit et abiecit in Tiberim, qui forte [3] tunc exundaverat. Sed, relabente flumine [4], eos aqua in sicco reliquit. Vastae tum in iis locis solitudines erant. Lupa, ut [5] fama traditum est, ad vagitum infantium accurrit, eos lingua lambit, ubera eorum ori admovit, matrisque ministerium suscepit.



Altar con relieve representando la leyenda de Rómulo y Remo.
(Roma, Museo delle Terme)

2. Cum lupa saepe ad parvulos veniret, Faustulus, pastor regis, rem animadvertit et eos in casam tulit. Pastoris coniux deinde eos educavit. Cum autem adolevissent,

---

I. 1. En latín se usa generalmente el nombre del pueblo, en lugar del nombre del país usado en castellano. 2. Los verbos indicando "privación y carencia", llevan el complemento en ablat. 3. Adverbio; debe distinguirse del neutro del adj. *fortis, e*. 4. Ablat. absoluto: "retirándose el río". 5. *Ut* con indicat. significa "como"; con

primo ludicris certaminibus vires auxerunt, deinde venantes[6] saltus peragraverunt, tum cum latronibus pugnaverunt. Quare iis insidiati sunt latrones, a quibus Remus captus est; Romulus autem vi se defendit. Tunc Faustulus, necessitate compulsus, indicavit Romulo, quis[7] esset eius avus, quae mater: Romulus statim, cum pastores regionis armavisset, Albam[8] properavit.



Vestal

(Roma, Museo delle Terme)

3. Interea Remum latrones ad Amulium regem perduxerunt, eum accusantes, quasi[9] Numitoris greges infestaret. Itaque Remum Amulius Numitori[10] ad supplicium tradidit: at Numitor, cum adulescentis vultum considerasset, nepotem agnovit; nam Remus oris lineamentis erat matri simillimus[11]. Tunc Romulus supervenit, fratrem liberavit, Amulium interfecit avoque Numitori regnum reddidit.

4. Deinde Romulus et Remus urbem in iisdem locis, ubi expositi educatique fuerant, condiderunt; sed uter nomen novae urbi daturus erat? Uter erat regnaturus? Cum ambo fratres de ea re contenderent, auspicia * tandem adhibuerunt. Remus prior sex vultures vidit, Romulus postea duodecim. Sic Romulus, augurio victor, Romam vocavit urbem novam. Locum, in quo eam aedificaturus erat, vallo circumdedit et edixit ne quis[12] vallum transiliret. Sed Re-

---

subj., "para que" o "que". 6. Partic. pres. de *venor*, concertando con el sujeto de *peragraverunt;* "cazando". 7. Oración completiva (haciendo función de complemento directo) de *indicavit; quis, quae,* interrogativo. 8. *Albam,* compl. de lugar "a donde", sin prepos. por ser nombre propio de ciudad. 9. *Quasi,* "de haber...", dependiendo de *accusantes.* 10. Nótense los distintos casos en que están estos tres nombres. 11. Los adjs. *similis, dissimilis, facilis, difficilis, humilis* y *gracilis* hacen el superl. en *-limus; similis* y *dissimilis* rigen dativo. 12. *Ne quis,* "que nadie"; orac. completiva (compl. directo) de *edixit.*

mus irridens transilivit: tunc iratus Romulus fratrem interfecit, dicens: "Qui moenia mea transiliet, sic postea interficietur." Ita solus obtinuit regnum Romulus.

II. Rómulo, primer rey de Roma

(Año 753 antes de Jesucristo)


1. Urbi, quam Romulus condiderat, incolae deerant[1]. Erat[2] in proximo lucus; hunc asylum[3] * fecit et in eum statim permulti latrones pastoresque confugerunt. Romulus vero ipse et populus uxores non habebant; ideo legatos ad vicinas gentes misit et per eos[4] societatem connubiumque petiit. Nusquam benigne legatio audita est; ludibrium etiam gentes addiderunt. Romulus, aegritudinem animi dissimulans, ludos parat et finitimis spectaculum indicit. Multi convenerunt, maxime Sabini cum liberis et coniugibus. Ubi[5] spectaculi tempus venit, eoque[6] deditae mentes cum oculis erant, Romulus signum dedit et virgines raptae sunt; et haec fuit statim causa bellorum.

2. Sabini arma sumpserunt adversus Romanos, et, cum Romae appropinquarent, Tarpeiam virginem nacti sunt[7]. Huius pater Romanae arci praeerat[8]. T. Tatius, Sabinorum dux, Tarpeiae optionem muneris dedit, si exercitum suum in Capitolium * perduxisset[9]. Illa petiit quod Sabini in sinistris manibus gerebant, videlicet anulos et armillas. Tatius dolose promisit; tunc Tarpeia hostes in arcem perduxit ibique[10] Sabini eam scutis obruerunt: nam in laevis scuta etiam habebant. Sic impia proditio celeri[11] poena vindicata est.

3. Romulus adversus Tatium processit, et in eo loco,

II. 1. *Desum* lleva compl. en dativo. 2. Las terceras personas de *sum* tienen también el sentido del impersonal castellano "hay", "había", "habrá", etc. 3. *Asylum,* predicado del compl. directo *hunc.* 4. *Per* con nombre de persona: "por medio de". 5. *Ubi* puede tener sentido local, "donde", y temporal, "cuando". 6. *Eo,* adverbio de lugar "a donde": "hacia allí", o sea, al espectáculo. 7. De *nanciscor.* 8. *Praesum* rige dativo. 9. "Si accedía a conducir". 10. Adv. de lugar, "y allí". 11. Recuérdese que los adjs. de la 3.ª declin. hacen

ubi nunc Romanum forum * est, pugnam conseruit. Primo impetu, vir inter Romanos insignis, nomine [12] Hostilius, fortissime dimicans cecidit: cuius interitu consternati Romani fugere coeperunt. Iam Sabini clamitabant: "Vicimus perfidos hospites, imbelles hostes. Nunc sciunt aliud [13] esse virgines rapere, aliud [13] pugnare cum viris." Tunc Romulus, arma ad caelum tollens, Iovi aedem vovit, et exercitus, seu [14] forte, seu [14] divinitus, restitit. Proelium igitur redintegratur; sed raptae mulieres, crinibus passis, se inter tela volantia iniecerunt, et, cum hinc patres, inde viros orarent, pacem conciliarunt.



Relieve representando un puerto romano, probablemente el de Ostia en la desembocadura del Tíber.

(Roma, Museo Torlonia)

4. Romulus cum Tatio foedus * percussit, et Sabinos in urbem recepit. Centum ex [15] senioribus elegit, quorum consilio omnia agere decreverat: hi, ob senilem aetatem, *senatus* * vocati sunt. Tres equitum centurias * constituit; plebem * in triginta curias * distribuit. Cum haec ita ordinavisset, ad Caprae paludem exercitum lustravit, sed subito coorta est tempestas cum magno fragore tonitribusque, et Romulus e conspectu ablatus est [16]. Eum ad deos recessisse [17] Romani crediderunt. Itaque Romulus pro [18] deo cultus est et Quirinus appellatus.

---

el ablat. sing. en *-i*. 12. "De nombre". 13. *Aliud... aliud*, "una cosa... otra cosa"; véase Gram., § 140, *b*). Trad.: "que una cosa es..." 14. *Seu... seu*, "sea... sea", véase Gram., § 240, 2.º. 15. "De entre": *Senior* comparat. de *senex*. 16. De *aufero*. 17. Oración de infinitivo (complem. directo) de *crediderunt;* trad. "creyeron que", con el verbo en pluscuamperfecto de indicat. 18. *Pro*, "como".

III. Sucesores de Rómulo

(Años 713-510 a. de J. C.)

Postea Numa Pompilius rex creatus est, qui bellum nullum gessit; sed non minus civitati, quam Romulus, profuit [1]. Nam leges Romanis moresque constituit; annum descripsit in duodecim menses et infinita Romae [2] templa constituit.

Huic successit [1] Tullus Hostilius. Hic bella reparavit; Albanos vicit; Veientes et Fidenates bello superavit et urbem ampliavit.



Terra Mater, relieve del Ara Pacis
(Florencia, Uffizi)

Post hunc Ancus Marcius suscepit imperium. Contra Latinos dimicavit; Aventinum montem civitati adiecit [1] et apud [3] ostium Tiberis civitatem condidit.

Deinde regnum Priscus Tarquinius accepit. Hic numerum senatorum duplicavit; ludos * Romanos instituit. Vicit etiam Sabinos; muros fecit; Capitolium incohavit.

Post hunc Servius Tullius suscepit imperium. Hic quoque Sabinos subegit; montes tres urbi adiunxit [1]; fossas circa murum duxit. Primus omnium censum * ordinavit, qui adhuc [4] per orbem terrarum incognitus erat.

Lucius Tarquinius Superbus, septimus atque ultimus rex, Volscos vicit; Gabios [5] civitatem subegit; cum Tuscis

---

III. 1. Gran número de verbos compuestos de preposición llevan un compl. en dativo. 2. Locativo (véase Gram., § 29, 1.°). 3. *Apud* con nombre de persona, "en casa de": *apud me*, "en mi casa"; con nombre de pueblo: "en el país de": *apud Gallos*, "en el país de los galos"; con nombre de lugar, "junto a": *apud Cannas*, "junto a Cannas" (véase Gram., § 230). 4. "Hasta entonces". 5. Aposición a *civitatem;* las aposiciones a nombres de países y lugares suelen llevar en castellano la prepos. "de": "el pueblo de los gabios".

pacem fecit et templum Iovi in Capitolio * aedificavit. Postea Ardeam oppugnans imperium perdidit.

PRIMEROS TIEMPOS DE LA REPÚBLICA

IV. Bruto, primer cónsul de Roma

(Año 509 a. de J. C.)

1. L. Iunius Brutus filius erat sororis Tarquinii. Cum timeret fortunam fratris, quem ob divitias et prudentiam avunculus occiderat, stultitiam finxit; unde [1] *Brutus* dictus est. Contendit Delphos [2] cum Tarquinii filiis, quos pater ad Apollinem * cum muneribus miserat. Ii, cum mandata patris peregissent, deum consuluerunt de [3] Tarquinii successore. Respondit deus: "Is [4] ex vobis Romae summam potestatem habebit, qui primus matri osculum dabit." Tunc Brutus, perinde atque [5] casu prolapsus, terram osculatus est, quod [6] ea communis sit mater omnium mortalium.

2. Romani, cum reges expulissent, duos consules * creaverunt, L. Iunium Brutum et L. Tarquinium Collatinum. At libertas modo parta [7], per dolum et proditionem paene amissa est. Erant enim in iuventute Romana adulescentes aliquot, sodales Tarquiniorum. Ii revocare in urbem Tarquinium cupiebant, et ipsos Bruti consulis filios in societatem consilii assumpserunt. Sermonem eorum ex servis [8] unus excepit; rem ad consules detulit. Scriptae ad Tarquinium litterae manifestum [9] facinus fecerunt. Proditores damnati sunt, et in conspectu consulum virgis verberati securique obtruncati.

3. Tarquinius deinde bello regnum recuperare temptavit. Equitibus praeerat Aruns, Tarquinii filius; rex ipse cum legionibus * sequebatur. Consules obviam [10] hostibus

---

IV. 1. Literalmente, "de donde"; aquí, "por lo cual". *Brutus* tenía en latín un sentido parecido al castellano "bruto" aplicado a personas. 2. Acusat. de dirección, sin prepos. por ser nombre propio de ciudad (véase Gram., § 276). 3. "Acerca de". 4. *Is*, antecedente de *qui;* por *is qui*, véase Gram., § 115. 5. *Perinde atque*, "como si", "fingiendo que". 6. Conjunción causal; verbo en subjuntivo *(sit)* porque expresa una opinión de Bruto. 7. Partic. de *pario*. 8. *Ex servis*, dependiendo de *unus*. 9. *Manifestum*, predicado del complem. directo *facinus*. 10. *Obviam*, "al encuentro de", rige da-

processerunt, Brutus ad explorandum [11] cum equitatu antecessit. Aruns, ubi [12] Brutum agnovit, inflammatus ira: "Ille est vir, inquit [13], qui nos e patria expulit; nostris insignibus decoratus magnifice incedit." Tum equum concitat calcaribus atque in ipsum consulem dirigit; Brutus avide occurrit: alter alterum [14] hasta transfigit; fugatus est tamen Tarquinius. Alter consul Romam [15] triumphans rediit: is Bruto collegae funus magnificum fecit. Brutum matronae, ut parentem, anno luxerunt.

V. Aulo Postumio, primer dictador

(Año 496 a. de J. C.)

Tarquinius spem recuperandi [1] regnum non reliquit. Confugit in Latium ad Mamilium Tusculanum, generum suum, qui Latinos concitavit et Romanos acriter impugnavit. Tunc nova dignitas Romae [2] creata est, quae *dictatura* * appellata est, maior quam consulatus. Creatus est quoque magister equitum *, qui dictatoris imperio parebat. A. Postumius dictator dictus est et cum hostibus apud [3] Regillum lacum conflixit. Ibi cum victoria nutaret, magister equitum equis frenos detraxit, ut [4] irrevocabili impetu ferrentur. Itaque et [5] aciem Latinorum fuderunt et castra ceperunt. Tarquinius Cumas se recepit [6] et in ea urbe senio et aegritudine vitam finivit.

tivo. 11. *Ad* con gerundio: "para" (trad. el gerundio por el infinitivo; véase Gram., § 174). 12. *Ubi* puede tener sentido local, "donde", y temporal, "cuando". 13. *Inquit* se intercala siempre después de la primera o primeras palabras que se reproducen. 14. *Alter* repetido en distinto caso expresa acción recíproca (véase Gram., § 140, *d*); trad. por "mutuamente" y el verbo en plural. 15. Acusat. de dirección (véase Gram., § 276).

V. 1. El gerundio sirve para declinar el infinitivo (Gram., § 174); tradúzcase, pues, por el infinitivo en genitivo; *regnum*, compl. directo de *recuperandi*. 2. Locativo (Gram., § 29, 1.°). 3. *Apud* con nombre de persona, "en casa de": *apud me*, "en mi casa"; con nombre de pueblo, "en el país de": *apud Gallos*, "en el país de los galos"; con nombre de lugar, "junto a": *apud Cannas*, "junto a Cannas". 4. Conjunción final, "para que". 5. *Et... et*, "no sólo... sino también" (véase Gram., § 238). 6. *Recipere*, "recibir"; *se recipere*, "refugiarse" (con un compl. de dirección).

USO DE **ut** Y **ne**

UT

I. **Ut** con verbo en SUBJUNTIVO puede introducir:

a) Una oración completiva (complemento directo o sujeto de la principal):

Cura *ut* valeas: *procura conservarte bien.*

Volo *ut* mihi respondeas: *quiero que me contestes.*

Accidit *ut* caderem: *sucedió que caí.*

b) Una oración final:

Edo, *ut* vivam, non vivo, *ut* edam; *como para vivir, no vivo para comer.*

c) Una oración consecutiva:

Sic Graece loquebatur, *ut* Athenis natus videretur: *hablaba el griego de modo que parecía nacido en Atenas.*

II. **Ut** con INDICATIVO expresa:

a) Comparación:

***Ut* magistratibus leges praesunt, ita populo praesunt magistratus:** *como las leyes a los magistrados, así los magistrados gobiernan al pueblo.*

b) Tiempo:

***Ut* tuba signum datum est, milites ad arma concurrerunt:** *tan pronto como sonó la señal, los soldados corrieron a las armas.*

NE

Es la negación de **ut** y se usa con SUBJUNTIVO introduciendo:

a) Una oración completiva:

Cave *ne* cadas: *procura no caer.*

b) Una oración final:

Hoc fecit, *ne* poenas daret: *lo hizo para no ser castigado.*

VI. Menenio Agripa. Fábula del vientre y los miembros del cuerpo

(Año 493 a. de J. C.)

1. Menenius Agrippa concordiam inter patres plebemque * restituit. Nam cum plebs a patribus secessisset, quod [1] tributum et militiam non toleraret, Agrippa, vir facundus, ad plebem missus est: et intromissus in castra hoc narravit:

"Olim humani artus, cum ventrem otiosum cernerent, ab eo discordarunt et coniurationem adversus eum fecerunt. Manus cibum ad os ferre [2], os accipere [2], dentes conficere [2] recusaverunt. At dum ventrem domare volunt, ipsi quoque defecerunt, totumque corpus ad extremam tabem venit. Inde apparuit ventris [3] haud segne ministerium esse [4], eumque per totum corpus cibos distribuere [4]; et cum eo in gratiam redierunt. Sic senatus et populus, quasi unum corpus, discordia [5] pereunt, concordia [5] valent."

2. Hac fabula Menenius flexit hominum mentes; plebs in urbem regressa est. Ea creavit tamen tribunos *, qui [6] libertatem suam adversus nobilitatis superbiam defenderent. Paulo post mortuus est Menenius, vir omni vita pariter patribus ac plebi carus [7]; post [8] restitutam civium concordiam, carior plebi factus [9]. Is tamen in tanta paupertate decessit, ut [10] eum populus collata pecunia sepeliret, atque locum sepulchro senatus publice [11] daret.

VI. 1. Conjunción causal; verbo en subj. *(toleraret)* porque ésta era la razón alegada por la plebe. 2. Infinitivos dependiendo de *recusaverunt*. 3. Compl. de *ministerium*. 4. Orac. de infinitivo dependiendo de *apparuit*, con sujetos en acusat., *ministerium* y *eum*; tradúzcase, "se vió que" y verbos en imperf. de indicat. 5. Ablativos de causa. 6. Orac. de relat. con valor final (verbo en subj.): "para que ellos". 7. *Carus* lleva su compl. en dativo. 8. "Después de". 9. Constrúyase: *Menenius factus (est) carior plebi.* 10. *Tanta... ut*, correlación consecutiva, "tan grande... que" (verbo en pretérito perf. indic.). 11. *Publice* no significa "públicamente" (se diría *palam* o *coram populo*), sino "a cargo del Estado".

GUERRA CONTRA LOS GALOS

VII. Camilo

(Año 390 a. de J. C.)

1. M. Furius Camillus, post multa in patriam merita, iudicio populi damnatus est et exsulavit. Cum urbem relinqueret, deos sic oravit: "Innoxio mihi hanc iniuriam ingrati cives faciunt: o dii, inicite iis quam primum [1] desiderium mei!" Brevi postea res evenit. Nam Galli Senones Clusium, Etruriae oppidum, obsederunt. Clusini, novo bello exterriti, a Romanis auxilium petierunt [2]. Missi sunt Roma ad Gallos [3] tres legati, qui oppugnationis finem postulaverunt. Sed unus ex his legatis contra ius gentium cum Clusinis dimicavit et ducem Senonum interfecit. Galli irati, cum legatos in deditionem [4] frustra petiissent, ad urbem contenderunt et exercitum Romanum apud Alliam fluvium profligaverunt die decimo sexto ante Kalendas sextiles; hunc diem Romani inter nefastos * rettulerunt dixeruntque *Alliensem.*

2. Galli victores sub [5] solis occasum ad urbem Romam [6] pervenerunt. Postquam hostes adesse [7] nuntiatum est, iuventus Romana, quam ducebat Manlius, in arcem * conscendit; seniores vero in domibus adventum Gallorum obstinato ad mortem animo exspectaverunt. Qui [8] inter eos curules * magistratus gesserant, ornati honorum insignibus, in vestibulis aedium, eburneis sellis insidebant. Inte-

---

VII. 1. *Quam primum,* adv. de tiempo, "cuanto antes". 2. La persona a quien se pide algo se considera en latín como un complemento de lugar "de donde" y se pone en ablat. con *ab;* en lugar de "pedir a alguien", se dice "pedir de alguien". 3. ¿Qué valor tienen estos compls. de lugar? (véase Gram., §§ 274-278). 4. *Petere aliquem in deditionem,* "pedir la entrega de alguien". 5. *Sub occasum solis,* compl. de tiempo impreciso "hacia...". 6. Un nombre propio de ciudad en aposición con el nombre común, lleva en castellano la preposición "de": "la ciudad de Roma". 7. Orac. de infinitivo dependiendo de *nuntiatum est,* con sujeto en acusat., *hostes;* trad. por "que" y verbo en imperf. de indic. 8. *Qui* = *ii qui,* "los que" (véase

rim Galli, cum domos patentes intravissent, viderunt viros ornatu et maiestate diis simillimos [9]. Steterunt primum attoniti, sed, cum unus ex his barbam senis cuiusdam permulsisset, scipione eburneo ab hoc verberatus est. Tum Gallus iratus eum occidit et ceteri senes deinde in sedibus suis trucidati sunt.

3. Galli deinde impetum facere in arcem statuerunt. Primo militem, qui temptaret viam, praemiserunt. Dein sublevantes et trahentes alii alios [10] in summum saxum evaserunt maximo silentio: nam custodes et canes ipsos, sollicitum animal, fefellerunt. Anseres [11] vero non fefellerunt, quibus in summa inopia Romani abstinuerant [12], quia erant aves Iunoni sacrae: id Romanos servavit. Namque clangore anserum alarumque crepitu excitus Manlius, vir bello egregius, ceteros ad arma vocans, Gallos ascendentes [13] deiecit.

4. Tunc Romani Camillum ab exsilio accire consenserunt; missi [14] igitur ad eum legati, atque ipse dictator * absens dictus est. Interim fames Romanum exercitum urgebat. Itaque Manlius se dedere certa mercede statuit: pactum est pretium mille pondo [15] auri. Nondum omne aurum appensum erat, cum dictator Camillus, qui Romani exercitus reliquias collegerat, intervenit denuntiavitque pugnam Gallis. Instruit deinde aciem, et hostes internecione occidit: ne nuntius quidem [16] cladis superfuit. Dictator, cum patriam liberavisset, triumphans * urbem ingressus est, et a militibus *parens patriae, conditorque alter Urbis* est appellatus.


Gram., § 115). 9. *Similis* y *dissimilis* llevan su compl. en dativo. 10. *Alius* repetido en distinto caso expresa acción recíproca; trad. por "mutuamente" o "unos a otros" (véase Gram., § 140, *d*). 11. Complemento directo. 12. *Abstinere aliqua re* (ablat.), "abstenerse de algo". 13. Trad. el participio por una oración relativa o temporal. 14. Súplase *sunt*. 15. *Pondo*, subst. indeclinable, "libras". 16. *Ne... quidem*, "ni", se escribe siempre separadamente, abrazando a la palabra sobre la que recae la negación (véase Gram., § 227, 5.°).

GUERRA CONTRA LOS SAMNITAS

VIII. Espurio Postumio

(Año 321 a. de J. C.)

1. Sp. Postumius consul, cum bellum adversus Samnites gereret, a Pontio Telesino, duce hostium, in insidias inductus est. Huic loco *Furculae Caudinae* erat nomen [1]. Cum evadere non posset, hostium condiciones accipere debuit. Ii consulibus paludamenta * detraxerunt ipsosque primos [2] sub iugum * miserunt, deinde singulas [3] legiones *. Circumstabant armati hostes, exprobrantes illudentesque. Romanis e saltu egressis lux ipsa morte tristior fuit; pudor fugere colloquia et coetus hominum cogebat. Sero Romam ingressi sunt, et se in suis quisque aedibus abdiderunt.



Guerrero samnita

(París, Museo del Louvre)

2. Cum senatus deliberaret de [4] pace Caudina, Postumius sententiam dicere iussus: "Turpi sponsione, inquit [5], qua me obstrinxi, non tenetur populus Romanus; nam iniussu eius eam feci; nec quidquam ex ea [6], praeter corpus meum, debetur Samnitibus. Iis dedite me nudum vinctumque; in [7] me unum saeviant: exsolvam religione [8] populum." Senatus, hanc animi magnitudinem

---

VIII. 1. Para decir "se llamaba Pablo", dice el latín: *ei* (dat.) *nomen erat Paulus*. 2. "Ellos, los primeros", es decir, "en primer lugar". 3. Distributivo: "una a una". 4. Los dos sentidos principales de la prep. *de* son: "de, desde" (lugar "de donde"), y "acerca de, sobre". 5. *Inquit* se intercala siempre después de la primera o primeras palabras pronunciadas (véase Gram., § 200, observ.). 6. *Nec quicquam* = *et nihil*; *ex ea*, entiéndase *sponsione*. 7. *In* con acus. puede expresar el término de una acción hostil: "contra". Por el sentido de *unum* véase Gram., § 142, *b*. 8. *Religio* (*religare*, "atar") significa primeramente "escrúpulo", "temor religioso"; aquí,

admiratus, Postumium laudavit, eiusque sententiam secutus est. Traditus est igitur Postumius fetialibus *, qui [9] eum ad Samnites ducerent. Vestis ei detracta, manus post tergum vinctae sunt; cumque apparitor verecundia maiestatis Postumium laxe vinciret: "Quin [10] tu, inquit [5], adducis lorum, ut iusta fiat deditio?"

3. Tum ubi in coetum Samnitum venit, facta deditione [11], Postumius fetialis femur genu, quanta potuit vi, percussit et clara voce: "Civis, inquit [5], Samnitis sum, hic autem est legatus; fetialis corpus contra ius gentium violavi; Romani iuste adversus Samnites bellare possunt." Accepta non est a Samnitibus ista deditio, Postumiusque in castra Romana inviolatus rediit.

GUERRA CONTRA PIRRO

IX. Publio Valerio Levino


(Año 280 a. de J. C.)

1. Tarentinis, quod [1] Romanorum legatis iniuriam fecerant, bellum indictum est. Quibus auxilio [2] venit Pyrrhus, rex Epirotarum, qui genus ab Achille ducebat [3]. Contra Pyrrhum Romani P. Valerium Laevinum consulem miserunt. Commissa pugna [4], iam hostes pedes referebant, cum rex in Romanos elephantos immisit, tuncque mutata est proelii fortuna. Romanos vastorum corporum moles terribilisque militum super adstantium species [5] turbavit. Equi etiam, quos terrebant conspectus et odor beluarum, sessores excutiebant aut secum in fugam abripiebant. Nox proelio finem fecit.

"juramento", sólo más tarde significa "religión". 9. Oración relativa con valor final (verbo en subj.), "para que". 10. *Quin*, "¿por qué no?". 11. Ablat. absoluto, "hecha la entrega".

IX. 1. Conjun. causal. 2. *Auxilio*, dativo de finalidad, "en auxilio". El relativo, *qui, quae, quod*, al principio de una frase (después de punto o punto y coma) equivale a un demostrativo. 3. *Genus ducere ab aliquo*, "descender de alguien". 4. Ablat. absoluto: "trabada la batalla". 5. Constrúyase: *terribilis species militum adstantium super* (adverbio); los participios pueden traducirse a menudo

2. Pyrrhus captivos Romanos summo honore habuit [6]; occisos sepelivit. Ii adverso vulnere et truci vultu etiam mortui iacebant. Cum eos vidisset, Pyrrhus ad caelum manus sustulit cum hac voce: "Ego cum talibus viris orbem terrarum brevi subegissem!" Deinde ad urbem Romam magnis itineribus contendit, omnia igne et ferro vastavit: ad vicesimum ab urbe lapidem castra posuit. Pyrrho obviam [7] venit Laevinus cum novo exercitu. Cum eum vidisset, rex, "Eadem, inquit, mihi [8] adversus Romanos est fortuna, quae Herculi [8] adversus hydram, cui tot [9] capita renascebantur, quot [9] praecisa erant." Tunc in Campaniam se recepit [10]; captivos sine pretio reddidit: sic Romani, qui iam eius virtutem cognoscebant, liberalitatem etiam cognoscere potuerunt.


Pirro

3. Pyrrhus igitur post victoriam pacem et foedus cum Romanis facere cupivit: putabat enim id sibi gloriosum esse [11]. Itaque Cineam legatum de ea re Romam misit. Is erat regi familiaris magnaque apud [12] eum gratia valebat. Dicere solebat Pyrrhus se multas quidem urbes armis [13], plures vero Cineae eloquentiam expugnavisse. Cineas tamen regiam cupiditatem non adulabatur: nam, cum in sermone Pyrrhus ei sua consilia aperiret, dixissetque se velle [14] Italiam ditioni suae subicere, respondit Cineas:

---

por una or. de relativo. 6. *Habere aliquem honore*, "tratar a alguien con consideración". 7. *Obviam*, "al encuentro de", rige dativo; *obviam venire alicui*, "salir al encuentro de alguien". 8. Dativos posesivos (véase Gram., § 283, *a*). 9. *Tot... quot*, "tantas... cuantas". 10. *Recipere*, "recibir"; *se recipere*, "refugiarse" (con acusat. de dirección). 11. Orac. de infinit. con sujeto en acus. *(id)*, dependiendo de *putabat;* trad. por "que" y verbo en potencial simple. 12. *Apud eum*, "cerca de él" (en su corte). 13. Después de *armis* súplase *expugnavisse* (que después se expresa). Hay aquí dos orac. de infinitivo con sujeto en acus., *se* y *eloquentiam*, dependiendo de *dicere;* trad. por "que" y verbo en pluscuamperf. de indic. 14. Orac. de infin. con suj. en acus., *se*, dependiendo de *dixisset;* trad. por "que" y verbo

"Cum Romanos superaveris, quid ages, o rex?" — "Italiae vicina [15] est Sicilia", inquit Pyrrhus, "nec difficile erit eam armis occupare." Tunc Cineas: "Cum Siciliam occupaveris, quid postea acturus es?" Rex, qui nondum Cineae mentem perspiciebat: "In Africam, inquit, traicere mihi animus est [16]." Pergit Cineas: "Quid deinde, o rex? — Tum denique, mi Cinea, ait Pyrrhus, nos quieti dabimus, dulcique otio fruemur. — Quin [17] tu, respondit Cineas, isto otio iam nunc frueris?" [18].

4. Romam itaque venit Cineas, et domos principum cum ingentibus donis circumibat. Nusquam vero receptus est. Non a viris solum, sed a mulieribus spreta eius munera [19]. Introductus deinde in curiam *, cum regis virtutem propensumque in Romanos animum verbis extolleret, et de condicionum aequitate dissereret, sententia senatus ad faciendum [20] pacem et foedus inclinabat. Tum Appius Claudius, senex et caecus, in curiam lectica deferri [21] se iussit, ibique gravissima oratione pacem dissuasit. Itaque responsum Pyrrho a senatu est "eum, donec ex Italia excessisset, pacem cum Romanis habere non posse" [22]. Quare legatus ad regem reversus est. Pyrrhus eum interrogavit: "Qualis tibi apparuit Roma?" Tunc Cineas respondit: "Credidi urbem illam esse [23] templum, senatum * vero regum consessum."

---

en imperf. de indic. 15. Los adjetivos indicando proximidad rigen dativo. 16. *Mihi animus est* "tengo la intención de". 17. *Quin*, "¿por qué no?". 18. Los deponentes *utor*, "usar", *fruor*, "gozar", *potior*, "apoderarse", rigen ablat. 19. Súplase *sunt*. 20. El gerundio es la declinación del infinitivo (véase Gram., § 174), "a hacer"; *pacem et foedus* compl. directo de *faciendum*. 21. Orac. de infinitivo con sujeto en acus., *se*, dependiendo de *iussit*; trad. por "que" e imperf. de subjuntivo. 22. Orac. de infin. con sujeto en acus., *eum*, dependiendo de *responsum est*; trad. por "que" y verbo en imperfecto indicat. 23. Dos oracs. de infin. con sujetos en acus., *urbem* y *senatum* dependiendo de *credidi*; trad. por "que" y verbo en imperfecto indic.

La Oración de Infinitivo

Una serie de verbos que en castellano suelen llevar por complemento directo una oración subordinada (llamada por esta razón *completiva*), en latín pueden construirse con una oración de *infinitivo* con sujeto en *acusativo*. Así:

a) Los verbos indicando "opinión" (pensar, creer, saber, oír, decir, esperar, etc.):

Credo *Deum esse sanctum:* *creo que Dios es santo.*
Video *te laetari:* *veo que estás contento.*

b) Los que indican "voluntad" (querer, desear, preferir, mandar, prohibir, aconsejar, etc.):

Dux *milites castra movere* iussit: *el general ordenó que los soldados levantaran el campamento.*

c) Los que expresan "sentimiento" (alegrarse, sentir, indignarse, etc.):

Gaudeo *te valere:* *me alegro de que estés bien.*

d) Algunas expresiones y verbos impersonales como **oportet,** *conviene,* **licet,** *es permitido,* **necesse est, opus est,** *es necesario,* etc.:

***Legem brevem esse* oportet:** *conviene que la ley sea breve.*
***Auxilia mitti* necesse erat:** *era necesario mandar refuerzos.*

El tiempo en las oraciones de infinitivo. Se usa el infinitivo presente, perfecto o futuro según que la acción sea contemporánea, pasada o futura con respecto al verbo principal:

	Ac. contemporánea	Ac. pasada	Ac. futura
Dico	**hostes venire**	**hostes venisse**	**hostes venturos esse**
Digo	*que los enemigos vienen*	*que los e. han venido*	*que los e. vendrán*
Dixi	**eos errare**	**eos erravisse**	**eos erraturos esse**
Dije	*que se equivocaban*	*que se habían equivocado*	*que se equivocarían*

LAS GUERRAS CONTRA CARTAGO


PRIMERA GUERRA PÚNICA

(263-241 a. de J. C.)

X. Cayo Duilio

(Año 260 a. de J. C.)

1. Appio Claudio consule, coeptum est primum adversus Poenos bellum. Cum Messanam, Siciliae urbem, Carthaginienses et Hiero, rex Syracusanus, obsiderent, Appius Claudius ad Messanam liberandam[1] missus est. Consul primo ad explorandos hostes[1] nave piscatoria traiecit fretum inter Italiam et Siciliam interiectum. Ad quem venerunt nuntii ab Hannone, Poenorum duce, hortantes ad pacem conservandam[1]. Cum vero consul nullas conditiones admitteret, nisi[2] Poeni ab oppugnatione desisterent, iratus Hanno exclamavit se non esse passurum Romanos vel[3] manus in mari Siculo abluere[4]. Non tamen potuit prohibere quin[5] Claudius in Siciliam legionem * traduceret, et Poenos Messana expelleret. Deinde Hiero apud Syracusas victus est. Qui eo periculo territus, Romanorum amicitiam petiit, et in eorum societate postea constanter permansit.



Combates navales
(Pintura de Pompeya)

X. 1. Las construcciones de gerundivo con *ad* equivalen a menudo a una oración final; trad., "para...". 2. *Nisi*, "si no"; nótese que "si" debe empezar la orac., y "no" debe ir delante del verbo. 3. *Vel*, "ni siquiera". 4. Dos oracs. de infinit., dependiendo la segunda de la primera y ésta del verbo principal *exclamavit*. 5. *Quin*, "que",

2. - C. Duilius Poenos navali proelio primus [6] devicit. Is cum videret naves Romanas a Punicis velocitate superari, manus * ferreas, quas *corvos* vocavere, instituit. Ea machina Romanis magno usui [7] fuit; nam iniectis illis corvis hostilem navem apprehendebant; deinde, superiecto ponte, in eam insiliebant, et gladio, velut in pugna terrestri, dimicabant: unde [8] Romanis, qui robore praestabant, facilis victoria fuit. Inter pugnandum [9] triginta hostium naves captae sunt, tredecim mersae. Duilius victor Romam reversus est, et primus navalem triumphum * egit. Nulla victoria Romanis gratior fuit, quod, invicti terra, iam etiam mari [10] plurimum possent. Itaque Duilio concessum est, ut [11] per omnem vitam, praelucente funali et praecinente tibicine, a cena publice rediret.



Moneda de Cartago. Los delfines simbolizan el poder marítimo.

3. Hannibal, dux classis Punicae, e navi, quae iam capienda erat [12], in scapham saltu se demisit, et Romanorum manus effugit. Veritus [13] autem ne in patria classis amissae poenas [14] daret, civium offensam astutia avertit. Nam ex illa infelici pugna priusquam cladis nuntius domum perveniret, quemdam ex amicis Carthaginem misit, qui curiam ingressus: "Vos, inquit, consulit Hannibal, cum dux Romanorum, magnis copiis maritimis instructus, advenerit, an [15] cum eo confligere debeat?" Acclamavit universus senatus: "Non est dubium quin [16] confligendum sit."

---

introduce una orac. completiva (en subj.) de *prohibere*. 6. Predicativo, "el primero" o "fué el primero en" (infinit.). 7. Doble dativo con *sum;* uno complemento indirecto y otro expresando efecto (véase Gram., § 283 bis). 8. *Unde*, "de donde"; aquí, "por lo cual". 9. Traducir por un substantivo. 10. Los neutros de tema en *-i* (3.ª declinación) hacen el ablat. sing. en *-i*. 11. *Ut... rediret*, completiva (en subj.) de *concessum est*. 12. Trad. por "estar a punto de...". 13. El participio pasado de los deponentes tiene sentido activo: "temiendo"; éste lleva una orac. completiva con *ne*, "que" (verbo en subj.). 14. *Poenas dare alicuius rei*, "sufrir un castigo por algo". 15. Adv. interr., "si", introduciendo una orac. interr. indirecta que depende de *consulit*. 16. *Quin*, "que", introduciendo una completiva de *non est dubium*.

Tum ille: "Fecit, inquit, et victus est." Ita non potuerunt factum damnare, quod ipsi fieri debuisse iudicaverant. Sic Hannibal victus crucis supplicium effugit: nam eo poenae genere dux, re male gesta, apud Poenos afficiebatur.

SEGUNDA GUERRA PÚNICA

XI. Quinto Fabio Máximo

(Año 218 a. de J. C.)

1. Hannibal, Amilcaris filius, novem annos natus [1], a patre aris admotus, odium in Romanos perenne iuravit. Quae res maxime videtur concitasse secundum bellum Punicum. Nam, Amilcare mortuo, Hannibal, causam belli quaerens, Saguntum, urbem Romanis foederatam, evertit. Quapropter Roma [2] missi sunt Carthaginem [2] legati, qui [3] populi Romani querimonias deferrent, et Hannibalem mali auctorem sibi dedi postularent. Tergiversantibus Poenis, Quintus Fabius, legationis princeps, sinu ex toga facto: "Hic ego, inquit, porto bellum pacemque; utrum placet sumite." Poenis bellum succlamantibus, Fabius, excussa toga *, bellum dare se dixit. Poeni accipere se responderunt, et, quo acciperent animo, eodem se gesturos [4].

2. Hannibal, superatis Pyrenaeis et Alpium iugis, in Italiam venit. P. Scipionem apud Ticinum amnem, Sempronium apud Trebiam, Flaminium apud Trasimennum profligavit. Adversus hostem toties victorem missus Quintus Fabius dictator *, Hannibalis impetum mora fregit, namque pristinis edoctus cladibus, belli rationem mutavit. Per loca alta exercitum ducebat; neque ullo [5] loco fortunae se committebat: castris *, nisi quantum necessitas coge-

XI. 1. *Natus* con acus. de tiempo, expresa la edad: "a los nueve años de edad". 2. ¿Qué valor tienen estos complementos de lugar? (véase Gram., §§ 274-278). 3. Orac. de relativo con valor final (verbo en subj.), "para que". 4. Constr.: *Poeni responderunt se gesturos (esse bellum) eodem animo, quo acciperent (bellum).* 5. *Neque ullo = et nullo; se committere fortunae,* "exponerse a los azares de

ret [6], tenebatur miles. Dux neque occasioni rei bene gerendae [7] deerat, si qua [8] ab hoste daretur, neque ullam ipse hosti dabat. Frumentatum [9] exeunti Hannibali opportunus aderat, agmen carpens, palantes excipiens. Ita ex levibus proeliis superior discessit; militemque coepit minus iam aut virtutis suae aut fortunae paenitere [10].


3. His artibus Hannibalem Fabius in agro Falerno incluserat: sed dux ille callidus sine ullo exercitus detrimento se expedivit. Nempe arida sarmenta boum [11] cornibus alligavit; eaque principio noctis incendit. Metus flammae relucentis ex capite boves velut stimulatos furore agebat: hi ergo, accensis cornibus, per montes, per silvas huc illuc discurrebant. Romani, qui ad speculandum concurrerant, miraculo attoniti constiterunt; ipse Fabius, insidias esse ratus, militem extra vallum egredi vetuit. Interea Hannibal ex angustiis evasit. Dein Hannibal, ut [12] Fabio apud suos crearet invidiam, agrum eius, omnibus circa vastatis, intactum [13] reliquit. At Fabius omnem a se suspicionem propulsavit; nam eundem agrum vendidit, eiusque pretio captivos Romanos redemit.

4. Haud grata tamen erat Romanis Fabii cunctatio; eumque pro [14] cauto timidum, pro considerato segnem vocitabant. Augebat invidiam Minucius, magister equitum *, dictatorem criminando: "Illum in ducendo bello tempus terere [15], quo [16] diutius in magistratu esset, solusque et Romae et in exercitu imperium * haberet." His sermonibus ac-

---

la fortuna". 6. Es decir, fuera de las salidas estrictamente indispensables. 7. Como si dijera: *occasioni* (dat. dependiendo de *deerat*) *gerendi bene rem;* pero el gerundivo atrae el caso del compl. directo y a su vez concierta con éste en género y número. *Rem bene gerere,* "obtener un éxito". 8. Después de *si* en lugar de *aliquis* se usa *quis.* 9. El supino en *-um* sirve de complemento de finalidad con verbos de movimiento (véase Gram., § 175). 10. Los impersonales *pudet, taedet, piget, paenitet* rigen acusat. de la persona afectada por el sentimiento y genit. de la cosa que lo produce (véase Gramática, § 206, *c*). 11. De *bos, bovis* (Gram., § 43). 12. Conj. final; trad. "para" con infin. 13. Predicativo de *agrum.* 14. *Pro,* "en lugar de". 15. Las palabras de Minucio se expresan en estilo indirecto, o sea por medio de una orac. de infinitivo dependiendo de un verbo de "decir" sobreentendido en *criminando;* trad. "decía que...".

censa plebs, dictatori magistrum equitum imperio [17] aequavit. Quam iniuriam aequo animo tulit Fabius, exercitumque suum cum Minucio divisit. Cum postea Minucius temere proelium commisisset, ei periclitanti auxilio [18] venit Fabius. Cuius subito adventu compressus Hannibal, receptui cecinit [19], palam confessus ab se Minucium, a Fabio se victum esse. Eum quoque ex acie redeuntem dixisse ferunt: "Nubes ista, quae sedere in iugis montium solebat, tandem cum procella imbrem dedit." Minucius, periculo liberatus, Fabium, cui salutem debebat, patrem appellavit, eique deinceps parere non abnuit.




Soldados conduciendo ganado cogido al enemigo.
(Roma, Columna de Adriano)

5. Postea Hannibal Tarento per proditionem potitus est [20]. In eam rem tredecim fere iuvenes nobiles Tarentini conspiraverant. Hi nocte, per speciem venandi, urbe egressi, ad Hannibalem, qui haud procul castra * habebat, venerunt. Eos laudavit Hannibal, monuitque ut redeuntes pascentia Carthaginiensium pecora ad urbem agerent, et praedam veluti [21] ex hoste factam praefecto et custodibus portarum donarent. Id iterum saepiusque ab iis factum, eoque [22] consuetudinis adducta res est, ut, quocumque noctis tempore dedissent signum, porta urbis aperiretur. Tunc Hannibal eos nocte media cum decem milibus hominum delectis secutus est. Ubi portae appropinquarunt, nota iuvenum vox vigilem excitavit. Duo primi inferebant aprum vasti corporis [23]. Vigil incautus, dum beluae magnitudinem miratur, venabulo occisus est. Ingressi Poeni ce-

16. Conj. final, "con el fin de". 17. "En el mando." 18. Doble dativo con *venit* (véase Gram., § 283 bis). 19. "Dió la señal de repliegue." 20. Los deponentes *utor*, "usar", *fruor*, "gozar", *potior*, "apoderarse de", rigen ablat. 21. "Como." 22. *Eo*, adv. de lugar "a donde", del que depende *consuetudinis;* liter., "hasta tal grado de costumbre... que *(ut)*"; o sea, "se hizo habitual hasta tal punto...

teros vigiles sopitos obtruncant. Tum Hannibal cum suo agmine ingreditur. Romani passim trucidantur. Livius Salinator, Romanorum praefectus, cum iis, qui caedi superfuerant, in arcem * confugit.



Soldados llevando el cuerpo de un camarada caído.
(Roma, Museo Papa Giulio)

6. Profectus igitur Fabius ad recipiendum Tarentum [24], urbem obsidione cinxit. Romanos plurimum adiuvit res levis momenti. Praefectus praesidii Tarentini amabat mulierem cuius frater in exercitu Fabii erat. Miles, iubente Fabio, pro [25] perfuga Tarentum transiit, ac per sororem praefecto conciliatus, eum ad tradendam urbem [26] perpulit. Fabius vigilia prima accessit ad eam partem muri, quam praefectus custodiebat. Eo adiuvante, Romani muros inscenderunt. Inde proxima porta refracta, Fabius cum exercitu intravit. Hannibal, audita Tarenti oppugnatione, ad opem ferendam [26] festinavit; cumque ei esset nuntiatum urbem captam esse: "Et [27] Romani, inquit, suum Hannibalem habent: eadem, qua ceperamus, arte, Tarentum amisimus." Cum postea Livius Salinator coram Fabio gloriaretur, quod arcem Tarentinam retinuisset, diceretque eum sua opera [28] Tarentum recepisse: "Certe, respondit Fabius, Tarentum numquam recepissem, nisi tu perdidisses."

7. Quintus Fabius iam senex filio suo consuli * legatus *

---

que". 23. Genit. de cualidad. 24. Véase pág. 25, nota 1. 25. *Pro*, "como", fingiendo ser... 26. Véase nota 7. 27. *Et* significa a veces "también". 28. Nótese como el reflexivo *sua* se refiere al sujeto del verbo principal *diceret* (o sea *Salinator*), y el pron. no reflexivo *eum*

fuit: cumque in eius castra * veniret, filius obviam [29] patri progressus est: duodecim lictores * pro more anteibant. Equo vehebatur senex, nec, appropinquante consule, descendit. Iam ex lictoribus undecim verecundia paternae maiestatis taciti praeterierant. Quod cum consul animadvertisset, proximum lictorem iussit inclamare Fabio patri, ut [30] ex equo descenderet. Pater tum desiliens: "Non ego, inquit, tuum imperium* contempsi, sed experiri volui, an [31] scires consulem agere." Ad summam senectutem vixit Fabius Maximus, dignus tanto cognomine. Cautior quam promptior [32] habitus est; sed insita eius ingenio prudentia bello, quod tum gerebatur, aptissima erat. Nemini dubium est quin [33] rem Romanam cunctando restituerit.

XII. Escipión Africano

(Año 205 a. de J. C.)

1. P. Cornelius Scipio, cum puer esset, patrem singulari virtute servavit. Nam cum is in pugna apud Ticinum contra Hannibalem commissa graviter vulneratus esset et in hostium manus iam venturus esset [1], filius, interiecto corpore, Poenis irruentibus se opposuit, et patrem periculo servavit. Ea pietas Scipioni postea aedilitatem * petenti [2] favorem populi conciliavit, frustra repugnantibus tribunis * plebis, qui negabant [3] eum ad legitimam aetatem pervenisse. Respondit iis Scipio: "Si me cives aedilem facere volunt, satis annorum [4] habeo." Et, cum inde Romani ad suffragia maximo ardore festinarent, tribuni inceptum omiserunt.

---

se refiere a Fabio (véase Gram., § 95). 29. Véase pág. 22, nota 7. 30. Orac. completiva (en subj.) de *inclamare*. 31. Completiva (interrogativa indirecta) de *experiri*. 32. La comparación entre dos cualidades se expresa poniendo en grado comparat. los dos adjetivos. 33. Véase pág. 23, nota 16.

XII. 1. Nótese el valor de este tiempo perifrástico activo: "ya estuviera a punto...". 2. Trad. el partic. por una orac. temporal. 3. "Negar" se dice en latín *denegare;* el simple *negare* significa "decir que no...", "alegar que no...", y va seguido, como *dicere,* de una orac. en infin. 4. Genit. partitivo dependiendo de un adverbio

2. Post cladem Cannensem, Romani exercitus reliquiae Canusium perfugerant; cumque ibi tribuni * militum quattuor essent, tamen omnium consensu ad P. Scipionem, admodum adulescentem, summa imperii * delata est. Tunc Scipio audivit nobiles quosdam iuvenes de Italia deserenda [5] conspirare. Statim in domum Metelli, qui conspirationis erat princeps, contendit; cumque concilium ibi iuvenum invenisset, stricto super capita consultantium gladio, exclamavit: "Iurate vos neque rempublicam populi Romani deserturos esse, neque alium civem Romanum deserere passuros. Sciat is, qui non iuraverit, hunc gladium in se [6] strictum esse." Iuvenes, metu perculsi, iuraverunt.

3. Romani, cum duas clades in Hispania accepissent, caesis ibi duobus summis imperatoribus, statuerunt exercitum augere et mittere in eam provinciam proconsulem *. Sed quis erat mittendus? Id nesciebant. Itaque de ea re comitia indicta sunt. Nemo autem audebat illud imperium suscipere. Maesta igitur civitas erat et prope consilii inops [7]. Subito Cornelius Scipio, quattuor et viginti ferme annos natus [8], declaravit se petere, et omnes ad unum in Hispania proconsulem eum esse iusserunt. Sed, sedato animorum impetu, Romanos paenitentia facti invasit, nam aetati Scipionis maxime diffidebant. Scipio autem, cum id animadvertisset, advocata contione *, de bello quod gerendum erat sapienter et fortiter disseruit, sicque homines cura liberavit et spe certa implevit.

4. In Hispaniam cum pervenisset, Scipio Carthaginem novam die ipso adventus expugnavit. Omnes paene Africae et Hispaniae opes in hanc urbem congestae erant; eas Scipio cepit. Inter captivos ad eum adducta est eximiae formae virgo. Scipio autem, cum comperisset eam nobilem esse et desponsam principi Celtiberorum adulescenti, parentibus et sponso eam reddidit. Parentes virginis, qui ad eam redimendam [9] magnum auri pondus portaverant, Sci-

---

de cantidad: "bastante de años", o sea, "edad bastante". 5. Véase pág. 28, nota 7. 6. Acus., "contra él", véase pág. 20, nota 7. 7. *Inops*, "falto de", *expers*, "privado de", *particeps*, "partícipe de", rigen genitivo. 8. Véase pág. 27, nota 1. 9. Véase pág. 25, nota 1.

pioni dare cupiverunt. Sed Scipio vocavit sponsum et ei dixit: "Super dotem, quam a socero accepturus es, haec tibi dotalia dona addo." Ille, cum ad suos revertisset, Scipioni Celtiberos conciliavit.

5. Deinde Scipio Hasdrubalem victum ex Hispania expulit. Cum castra * hostium cepisset, omnem praedam militibus concessit; captivos Hispanos sine pretio dimisit. Afros vero vendi iussit. Erat inter eos puer adultus, regii generis, forma insigni [10]. Scipio eum interrogavit: "Quis es? Quae tua gens est? Cur, tam tener, in castris es?" Respondit puer: "Numida sum; Massivam populares me vocant: orbus a patre relictus, apud avum maternum, Numidiae regem, educatus sum. Cum avunculo Masinissa, qui nuper auxilio Carthaginiensibus [11] venit, in Hispaniam traieci; prohibitus propter aetatem a Masinissa, numquam antea pugnae interfui. Sed die, quo pugnatum [12] est cum Romanis, inscio avunculo, clam equo et armis sumptis, in aciem processi: ibi, cum cecidisset equus, captus sum a Romanis." Tunc Scipio ei dixit: "Visne [13] ad avunculum revertere?" Id vero cupere se dixit puer, effusis gaudio lacrimis. Scipio eum anulo aureo et equo ornato donavit [14], et, datis ad eum tuto deducendum [15] equitibus, dimisit.


Aníbal

6. Scipio, recepta Hispania, cum iam in ipsa Africa

---

y pág. 28, nota 7. 10 Ablativo de cualidad (Gram., § 290). 11. Doble dativo, de persona (compl. indirecto) y de finalidad (véase Gramática, § 283 bis). 12. La tercera persona sing. pasiva puede tener valor impersonal. En las formas compuestas el partic. se pone en neutro (Gram., § 170). 13. *Vis-ne*, de *volo* y el adv. interr. enclítico *ne* (véase Gram., § 228). 14. *Donare* se construye como el castellano "obsequiar": complem. directo de persona (acus.) y compl. circuns-

bellum gerere meditaretur, conciliandos esse prius regum et gentium animos existimavit. Syphacem, Maurorum regem, primum temptare statuit. Eum regem totius Africae opulentissimum Romanis utilem fore sperabat. Itaque legatum cum donis ad eum misit. Syphax amicitiam Romanorum se accipere, sed cum duce Romano solum posse foedus * icere dixit. Scipio igitur in Africam traiecit. Forte autem eo ipso tempore Hasdrubal ad eundem portum appulit, Syphacis amicitiam pariter petiturus [16]. Uterque a rege in hospitium * est invitatus. Scipio et Hasdrubal simul apud regem cenaverunt et in eodem lecto * accubuerunt. In convivio Scipio comitatem, quae maxima in eo erat, ostendit: itaque non Syphacem solum, sed etiam hostem infensissimum Hasdrubalem sibi conciliavit. Deinde, foedere * icto cum Syphace, in Hispaniam ad exercitum revertit.

7. Masinissa quoque amicitiam cum Scipione iamdudum iungere cupiebat. Quare ad eum tres Numidarum principes misit, ad tempus locumque colloquio statuendum [17]. Scipio et Masinissa cum paucis in colloquium venerunt. Ceperat iam antea Masinissam ex fama rerum gestarum admiratio Scipionis, sed maior eius praesentis veneratio cepit. Erat enim in vultu magna maiestas; accedebant promissa caesaries, habitusque corporis vere virilis ac militaris, et florens iuventa. Prope attonitus ipso congressu, Numida tandem dixit: "Gratias tibi maximas ago de filio fratris mei remisso [18]. Quaesivi ex eo tempore eam occasionem, quam nunc arripio. Cupio tibi et populo Romano operam navare." Laetus eum Scipio audivit, atque in societatem accepit.

8. Scipio deinde in urbem revertit et ante legitimam aetatem consul * factus est. Ei Sicilia provincia data est cum licentia in Africam inde traiciendi [19]. Paratis omnibus rebus, celeriter vento secundo in Africam advectus est. Ei advenienti Masinissa se coniunxit cum parva equitum

---

tancial de cosa (ablat.). 15. Véase pág. 25, nota 1. 16. Trad. este partic. futuro "con el objeto de". 17. Véase pág. 25, nota 1. 18. Trad., "por haber...". 19. Véase pág. 15, nota 1. 20. "La causa

turma. Syphax vero a Romanis ad Poenos defecerat. Hasdrubal, Poenorum dux, et Syphax se Scipioni opposuerunt; at Scipio utriusque castra una nocte perrupit et incendit. Syphax ipse captus est, et vivus ad Scipionem pertractus. Cum Romani milites eum adduci audissent, omnes, velut ad spectaculum triumphi *, e castris effusi sunt: praecedebat is vinctus; post, veniebat nobilium Numidarum turba. Movebantur omnes fortuna viri, cuius amicitiam olim Scipio petiverat. Regem aliosque captivos Romam misit Scipio; Masinissam, qui egregie rem Romanam [20] adiuverat, aurea corona * donavit [21].



Impedimenta. Tren de campaña de un ejército.
(Roma, Columna de Marco Aurelio)

9. Haec clades Carthaginiensibus maximum terrorem iniecit, qui Hannibalem ex Italia ad defendendam patriam revocaverunt. Is, frendens gemensque ac vix lacrimis temperans, mandatis paruit. Cum Zamam venisset (ea urbs quinque dierum iter [22] a Carthagine abest), nuntium ad Scipionem misit, colloquium petens. Non abnuit Scipio, et dies locusque constituti sunt. Itaque duo clarissimi suae aetatis duces alter coram altero [23] fuerunt. Steterunt aliquamdiu mutua admiratione defixi. Cum vero de condicionibus pacis inter illos non convenisset [24], ad suos se receperunt, renuntiantes rem armis esse dirimendam. Proelium commissum est, victusque Hannibal cum quattuor tantum equitibus fugit.

10. Carthaginienses, metu perculsi, ad petendam pa-

---

de Roma." **21. Véase más arriba, nota 14. 22. Acusat.** de distancia con *abest* **(Gram., § 279)**; *quinque dierum iter,* "cinco jornadas". **23.** "Uno en presencia de otro". **24.** *Inter illos non convenisset,* "no

cem mittunt triginta seniorum principes. Ii, cum in castra * Romana venissent, more [25] adorantium procubuerunt. Conveniens tam humili adulationi eorum oratio fuit. Veniam civitati petebant, non culpam purgantes, sed initium culpae in Hannibalem transferentes. Victis leges imposuit Scipio, quae, a legatis acceptae, confirmatae sunt quoque auctoritate senatorum et populi Romani. Pace sic parta, Scipio, exercitu in naves imposito, Romam revertit. Ibi clarissimo modo triumphavit *, primusque nomine victae a se gentis est nobilitatus, *Africanus*que appellatus.

11. Hannibal, a Scipione victus suisque invisus, ad Antiochum, Syriae regem, confugit, eumque hostem [26] Romanis fecit. Missi sunt a Romanis legati ad Antiochum, in quibus erat Scipio Africanus. Is cum Hannibale colloquium habuit, eique dixit: "Quem putas fuisse maximum imperatorem?" Respondit Hannibal: "Alexander, rex Macedonum, maximus mihi videtur [27], nam parva manu innumerabiles exercitus fudit." Tunc Scipio interrogavit: "Quem secundum [28] ponis?" Respondit Hannibal: "Pyrrhum. Nam primus castra * ponere docuit; nemo elegantius [29] loca cepit, et praesidia disposuit." — "Et quem tertium ducis?", adiecit Scipio. "Me", dixit Hannibal. Tum ridens Scipio exclamavit: "Quid igitur tu diceres, si me vicisses?" — "Me vero, respondit Hannibal, ante Alexandrum et ante Pyrrhum et ante alios ponerem." Placuit Scipioni responsum, nam improviso assentationis genere, Hannibal eum, velut inaestimabilem, e grege imperatorum secernebat.

12. Decreto adversus Antiochum bello, P. Scipio L. Scipionis, minoris natu [30] fratris, legatus * fuit. Filius Africani tunc captus est et ad Antiochum deductus. Benigne et comiter rex habuit [31] adulescentem, cuius pater tamen eum finibus imperii pellebat. Cum deinde Antiochus pacem

---

llegaran a un acuerdo". 25. *More*, "a la manera de". 26. Predicado de *eum*. 27. La pasiva de *video* significa "parecer". 28. "En segundo lugar". 29. "Con mayor clarividencia". 30. "Menor en edad", *minor natu;* "mayor en edad", *maior natu;* "el de más edad", *maximus natu*. 31. *Benigne habere aliquem*, "tratar a alguien bon-

peteret, legatus eius ad P. Scipionem venit, eique dixit: "Rex tibi filium sine pretio reddet, si per te pacem impetraverit." Huic Scipio respondit: "Discede, nuntia regi me pro tanto munere gratias ei agere; sed nunc gratiam referre non alio modo possum quam pacis faciendae consilium dando." Pax non convenit [32]: Antiochus tamen Scipioni filium remisit.


Moneda de Cartago

13. Victo Antiocho, cum ratio [33] praedae Asiaticae a duobus Scipionibus reposceretur, Africanus vetuit fratrem parere, et discerpsit librum, in quo summae acceptae et expensae [34] continebantur: non admittebat innocentiam suam accusari. Ipse vero, cum in ius a tribunis * plebis vocatus esset, quasi [35] parte praedae, ex Antiocho captae, aerarium fraudavisset, nullam criminis mentionem fecit, sed magnificam orationem de factis suis habuit et sic peroravit: "Hac die Carthaginem vici: ascendamus in Capitolium *, et diis supplicemus." Dein, relicto foro *, in Capitolium ascendit; simul universa contio * vestigiis eius institit: nemo praeter praeconem *, qui reum citabat, cum tribunis * mansit. Nullus dies illustrior fuit in tota Scipionis vita. Sed, tribunitiarum iniuriarum vitandarum [36] cupidus, in Literninam villam deinde se recepit, et ibi reliquam aetatem egit, sine urbis desiderio.

14. Cum Literni Africanus degeret, complures praedonum duces ad eum videndum forte confluxerunt. Scipio, cum aggressionem timeret, praesidio servorum in tecto collocato, iam alia parabat, quae ad eos repellendos necessaria erant. Sed praedones, cum id animadvertissent, abiectis armis, ianuae appropinquaverunt nuntiaveruntque se non

---

dadosamente", véase pág. 22, nota 6. 32. "No se llegó a un acuerdo sobre la paz". 33. *Rationem poscere*, "pedir cuentas". 34. *Summae acceptae et expensae*, término de contabilidad, "las sumas cobradas y pagadas"; las entradas y salidas, el debe y el haber. 35. *Quasi*, "como si", es decir, "acusado de que". 36. Como si dijera, *cupidus vitandi iniurias tribunitias* (= *tribunorum*), véase pág. 28, nota 7.

vitae eius hostes [37], sed virtutis admiratores [37] venisse, conspectum tanti [38] viri expetentes. His rebus auditis, Scipio fores reserari eosque introduci iussit. Illi postes ianuae, tamquam religiosissimam aram, venerati [39], cupide Scipionis dexteram apprehenderunt et diu deosculati sunt. Deinde, positis ante vestibulum donis, laeti locum reliquerunt. Brevi post decessit Scipio. Cum iam animam efflaturus esset [40], uxori dixit: "Veto meum corpus Romam reportari." Iusserat haec quoque verba in suo monumento inscribi: "Ingrata patria, ossa mea non habebis!"

TERCERA GUERRA PÚNICA

XIII. Marco Porcio Catón

(Año 184 a. de J. C.)

1. M. Porcius Cato, ortus municipio Tusculo [1], adulescentulus, priusquam honoribus * operam daret [2], rure in praediis paternis versatus est, deinde Romam demigravit, et in foro * esse coepit. Primum stipendium meruit [3] decem septemque annos natus [4], Quinto Fabio consule, cui postea semper adhaesit. Inde castra * secutus est Claudii Neronis; eiusque opera magni [5] aestimata est in proelio apud Senam, quo cecidit Hasdrubal, frater Hannibalis. Ab adulescentia frugalitatem temperantiamque coluit. Pellibus haedinis pro stragula veste utebatur [6]: eodem cibo, quo milites, vescebatur [6]: aquam in bellicis expeditionibus potabat; si nimio aestu torqueretur, acetum; si vires deficerent, paululum vilioris vini.

---

37. Predicados de *se:* "no como enemigos... sino como...". 38. *Tantus* significa "tan grande". 39. Recuérdese que el part. pasado de los deponentes tiene valor activo. 40. Véase más arriba, nota 1.

XIII. 1. Ablat. de procedencia. 2. *Operam dare alicui rei,* "dedicarse a algo". 3. *Stipendium merere,* literal., "ganar el estipendio" (sueldo militar), o sea, "servir en filas". 4. Véase pág. 27, nota 1. 5. Genitivo de precio, "en mucho". 6. Los deponentes *utor,* "usar", *fruor,* "gozar", *potior,* "apoderarse de", *vescor,* "comer", ri-

2. Quaestor [7] * Scipioni Africano obtigit, et cum eo parum amice vixit. Nam parcimoniae amans, haud probabat sumptus, quos Scipio faciebat. Quare, eo relicto, Romam rediit, ibique Scipionis vitam palam et aperte reprehendit, quasi [8] militarem disciplinam corrumperet. Dictitabat illum, cum pallio * et crepidis * solitum ambulare in gymnasio *, palaestrae * operam dare [9], militum licentiae indulgere. Quod crimen, non verbo, sed facto, diluit Scipio. Nam cum ea de re legati Roma Syracusas [10] missi essent, Scipio exercitum omnem eo convenire et classem expediri iussit, tamquam dimicandum eo die terra marique cum Carthaginiensibus esset; postridie, legatis inspectantibus, pugnae simulacrum exhibuit. Tum eis armamentaria, horrea, omnemque belli apparatum ostendit. Reversi Romam legati, omnia apud exercitum Scipionis praeclare se habere [11] renuntiarunt.


Moneda de Siracusa

3. Eadem asperitate Cato matronarum luxum insectatus est. Scilicet in medio ardore belli Punici, Oppius, tribunus plebis, legem tulerat, qua vetabantur mulieres Romanae plus semiuncia auri habere, vestimento varii coloris uti [12], et iuncto vehiculo [13] in urbe vehi. Confecto autem bello, et florente republica, matronae pristina ornamenta sibi reddi postulabant: omnes vias urbis obsidebant, virosque ad forum descendentes orabant, ut legem Oppiam abrogarent. Quibus acerrime restitit Cato, sed frustra; nam lex fuit abrogata.

4. Cato, creatus consul *, in Hispaniam adversus Celtiberos profectus est, quos acri proelio vicit et ad deditio-

---

gen ablativo. 7. Predicado del sujeto de *obtigit*, "como pretor". Nótese la constr. de este verbo: literal., "como cuestor le tocó (serlo) de E. el A.". 8. "Como si", "acusándole de", véase pág. 37, nota 35. 9. Véase nota 2. 10. ¿Qué distinto valor tienen estos dos compl. de lugar? (véase Gram., §§ 274-278). 11. *Praeclare se habere*, "estar perfectamente bien", véase pág. 22, nota 6. 12. Véase más arriba, nota 6. 13. "En un coche de dos caballos". 14. *Nec in quemquam* =

nem compulit. Eo bello, Cato cum ultimis militum parcimonia, vigiliis et labore certavit, nec in quemquam [14] gravius severiusque imperium exercuit, quam in semetipsum. Cum Hispanos ad defectionem pronos videret, cavendum [15] iudicavit, ne deinceps rebellare possent. Id autem effecturus sibi videbatur [16] si eorum muros dirueret. Sed veritus ne [17], si id universis civitatibus imperaret communi edicto, non obtemperarent, scripsit ad singulas separatim, ut [18] muros diruerent, epistulasque omnibus simul eodem die reddendas curavit [19]. Cum unaquaeque sibi soli imperari putaret, universae paruerunt. Cato, Romam reversus, de Hispania triumphavit *.

5. Postea Cato, censor * factus, severe ei praefuit potestati. Nam et in complures nobiles animadvertit, et imprimis L. Flaminium, virum consularem *, senatu * movit [20]. Cui inter alia facinora illud obiecit: cum esset in Gallia Flaminius, mulierem ad cenam vocavit, eique forte inter cenandum dixit, multos capitis damnatos [21] in vinculis esse, quos securi percussurus esset. Tum illa negavit [22] se umquam vidisse quemquam securi ferientem, et pervelle id videre. Statim Flaminius unum ex his, qui in carcere detinebantur, adduci iussit, et ipse securi percussit. Tam perditam libidinem eo magis notandam putavit Cato, quod [23] cum probro privato coniungeret imperii * dedecus. Quid enim crudelius, quam inter pocula et dapes, ad spectaculum mulieris, humanam victimam mactare, et mensam cruore respergere?

6. Cum in senatu de tertio Punico bello ageretur, Cato

---

et in neminem; gravius severiusque, adverbios en comparat. 15. Entiéndase *cavendum esse*, del que depende la completiva *ne... possent*, "que no...". 16. Recuérdese que la pasiva de *video* (con un dativo) significa "parecer"; como si dijera, *ei videbatur se effecturum esse id.* 17. Con los verbos de "temer", *timeo, vereor,* la cosa que se teme que suceda se expresa por una orac. completiva con *ne* = "que". 18. Completiva de *scripsit.* 19. "Procurar que se haga algo" se expresa con *curare* y un gerundivo. 20. *Aliquem senatu movere,* "expulsar a alguien del senado". 21. *Capitis damnare aliquem,* "condenar a alguien a muerte"; *capitis damnatus,* "condenado a muerte". 22. Véase pág. 31, nota 3. 23. *Eo* (ablat. de causa) *magis... quod*

iam senex delendam [24] Carthaginem censuit, negavitque, ea stante, salvam esse posse rempublicam. Cum autem id, contradicente Scipione Nasica, non facile patribus persuaderet, deinceps quotienscumque de re aliqua sententiam dixit in senatu, addidit semper: "Hoc censeo, et Carthaginem esse delendam." Tandem in curiam * intulit ficum



Licenciamiento de soldados. A la izquierda un escriba extendiendo los certificados *(tabulae missionis)*; a la derecha el general ante un altar preparándose para un sacrificio.

(París, Museo del Louvre)

praecocem, et, excussa toga *, effudit; cuius cum pulchritudinem patres admirarentur, interrogavit eos Cato, quandonam ex arbore lectam [25] putarent? Illis ficum recentem videri affirmantibus: "Atqui, inquit, tertio abhinc die [26] scitote decerptam esse Carthagine: tam prope ab hoste absumus!" Movit ea res patrum animos, et bellum Carthaginiensibus indictum est.

7. Fuit Cato, ut senator egregius, ita bonus pater. Cum ei natus esset ex uxore filius, nullis negotiis, nisi publicis, impediebatur, quominus [27] adesset matri infantem abluenti et fasciis involventi [28]. Illa enim proprio lacte filium alebat. Ubi aliquid intellegere potuit puer, eum pater ipse in litteris instituit, licet idoneum et eruditum domi [29]

(conj. causal), "con mayor motivo... porque". 24. Súplase *esse*. Las palabras *delenda est Carthago* se han convertido en una frase proverbial para indicar una idea fija que se ha apoderado de la mente de alguien. 25. Súplase *esse*. 26. "Hace tres días"; para indicar el tiempo que hace que algo ha ocurrido se usa el ablat. con el adverbio *abhinc;* liter., "en el tercer día contando desde ahora". 27. *Quominus* es conj. completiva, "que", usada cuando el verbo principal tiene sentido negativo; así *impediri quominus*, "ser impedido de...". 28. Trad. los participios por orac. temporales. 29. Locativo

servum haberet. Nolebat enim servum filio maledicere, vel aurem vellicare, si tardior [30] in discendo esset; neque etiam filium tanti beneficii, hoc est doctrinae, debitorem esse servo. Ipse itaque eius ludi magister, ipse legum doctor, ipse lanista fuit. Conscripsit manu sua grandibus litteris historias, ut etiam in paterna domo ante oculos proposita haberet veterum instituta et exempla.

8. Cum postea Catonis filius in exercitu Pompilii tiro [31] militaret, et Pompilio visum esset [32] unam dimittere legionem *, Catonis quoque filium dimisit: sed cum is amore pugnandi in exercitu remansisset, Cato pater ad Pompilium scripsit, ut, si filium pateretur in exercitu remanere, secundo eum obligaret militiae sacramento, quia, priore amisso, cum hostibus iure pugnare non poterat. Exstat quoque Catonis patris ad filium epistula, in qua scribit se audivisse, eum missum factum esse [33] a Pompilio imperatore, monetque eum, ut caveat ne proelium ineat. Negat enim ius esse, qui miles non sit, eum pugnare cum hoste.

9. Agricultura plurimum delectabatur Cato, malebatque agrorum et pecorum fructu quam foenore ditescere. Cum ab eo quaereretur, quid maxime in re familiari expediret, respondit: "Bene pascere." — "Quid secundum?" — "Satis bene pascere." — "Quid tertium?" — "Male pascere." — "Quid quartum?" — "Arare." Et cum ille, qui quaesierat, dixisset: "Quid [34] foenerari?", tum Cato: "Quid, inquit, hominem occidere?" Scripsit ipse villas suas ne tectorio quidem esse perlitas; atque postea addidit: "Neque mihi aedificatio, neque vas, neque vestimentum ullum est pretiosum. Si quid [35] est quo uti possim, utor; si non est, facile careo. Suo quemque uti et frui per me licet. Mihi vitio [36] quidam vertunt, quod multis egeo; at ego illis vitio tribuo, quod nequeunt egere."

---

de *domus* (véase Gram., § 46 3.ª). 30. Comparativo intensivo, "si era algo tardo" (Gram., § 68). 31. Predicado de *filius*, "como recluta". 32. *Videri* significa a veces "parecer bien" (como en la frase castellana "si te parece". 33. *Missum facere aliquem*, "licenciar a alguien". 34. "¿Qué dices del prestar dinero con usura?" 35. Véase pág. 28, nota 8. 36. Doble dativo (Gram., § 283 bis): "me achacan a culpa". El complem. directo de *vertunt* es la orac. siguien-

10. Iniuriarum patientissimus fuit Cato. Cum ei causam agenti protervus quidam in frontem mediam inspuisset, tulit hoc leniter: "Et ego, inquit, o homo, affirmabo falli eos, qui te negant os [37] habere." Ab alio homine improbo contumeliis proscissus: "Iniqua [38], inquit, tecum mihi est pugna: tu enim probra facile audis, et dicis libenter: mihi vero et dicere ingratum, et audire insolitum." Dicere solebat acerbos inimicos melius de quibusdam mereri [39], quam eos amicos, qui dulces videantur; illos enim saepe verum dicere, hos numquam.


Moneda de Siracusa

11. Cato ab adulescentia usque ad extremam aetatem inimicitias, reipublicae causa [40], suscipere non destitit. Ipse a multis accusatus, non modo nullum existimationis detrimentum fecit, sed, quoad vixit, virtutum laude crevit. Quartum et octogesimum annum agens, ab inimicis capitali crimine accusatus, suam ipse causam peroravit; nec quisquam, aut memoriam eius tardiorem, aut lateris firmitatem imminutam, aut os haesitatione impeditum animadvertit. Non illum enervavit nec afflixit senectus: ea aetate aderat amicis, veniebat in senatum frequens. Graecas etiam litteras senex [41] didicit. Quando obreperet senectus vix intellexit. Sensim sine sensu aetas ingravescebat: nec subito fracta est, sed diuturnitate quasi exstincta. Annos quinque et octoginta natus [42] excessit e vita.

---

te; *quod*, "el hecho de que". 37. Juego de palabras sobre el doble sentido de *os*, "boca" o "cara" y "desfachatez" (como el nuestro "caradura"). 38. "Desigual". 39. *Bene mereri de aliquo*, "merecer bien de alguien", prestar un buen servicio a alguien. 40. El ablativo de *causa*, como prep. de genit., significa "a causa de", "por amor de" (véase Gram., § 233). 41. "Siendo anciano", "en su vejez". 42. Véase pág. 27, nota 1.

Participio y Ablativo absoluto

I. El *participio* es un adjetivo verbal. Como adjetivo concierta con un nombre de la oración en género, número y caso. Como verbo equivale a una oración subordinada, y como tal debe traducirse en muchos casos:

***Homini nihil agenti* dies est longus:** *el día es largo para el hombre que no hace nada* (or. de relativo).

***Dux hortatus suos* proelium commisit:** *el general, después de exhortar a los suyos, empeñó el combate* (or. de tiempo).

Angebat virum *Sicilia amissa:* *la pérdida de Sicilia* (el haber perdido Sicilia) *desesperaba a aquel hombre* (or. completiva).

II. Ablativo Absoluto. El participio, concertando en ablativo con un nombre que no es parte esencial de la oración, forma una expresión independiente del resto de la frase que recibe el nombre de Ablativo absoluto:

***Urbe capta,* hostis profectus est:** *tomada la ciudad, el enemigo se retiró.*

***Tarquinio regnante,* Pythagoras in Italiam venit:** *reinando Tarquinio, Pitágoras vino a Italia.*

El ablativo absoluto se forma también con un nombre en ablat. concertando con otro nombre o adjetivo que hace función de predicado:

***Caesare duce,* milites victoriam pepererunt:** *bajo el mando de César* (siendo César general) *los soldados obtuvieron la victoria.*

***Romulo rege,* Romani multa bella gesserunt:** *durante el reinado de Rómulo* (siendo Rómulo rey) *los romanos hicieron muchas guerras.*

Nótese:

***C. Antonio M. Cicerone consulibus,* Catilina contra rem publicam coniuravit:** *en el consulado de C. Antonio y M. Cicerón, Catilina conspiró contra el Estado.*

XIV. Publio Escipión Emiliano

(Año 148 a. de J. C.)

1. P. Scipio Aemilianus, Pauli Macedonici filius, adoptione * Scipionis Africani nepos, a [1] tenera aetate Graecis litteris a [1] Polybio, praestantis ingenii viro, eruditus est. Ex eius doctrina tantos fructus tulit, ut non modo aequales suos, sed etiam maiores natu [2], omni virtutum genere superaret. Temperantiae et continentiae laudem ante omnia comparare studuit, quod quidem tunc difficile erat. Mirum enim est [3], quo impetu ad libidines et epulas iuvenes Romani eo tempore ferrentur. At Scipio contrarium vitae institutum secutus [4], publicam modestiae et continentiae famam est adeptus. Polybium semper domi militiaeque secum habuit; semper inter arma ac studia versatus, aut corpus periculis aut animum disciplinis exercuit.

2. Scipio Aemilianus primum in Hispania, Lucullo duce, militavit: eoque in bello egregia fuit eius opera. Nam rex quidam barbarus, mirae proceritatis [5], splendidis armis ornatus, saepe Romanos provocabat, si quis [6] singulari certamine secum vellet congredi. Cumque nemo contra eum exire auderet, suam Romanis ignaviam cum irrisu et ludibrio exprobrabat. Non tulit indignitatem rei Scipio, progressusque ad hostem, conserta pugna [7], eum prostravit, pari Romanorum laetitia et hostium terrore, quod ingentis corporis virum ipse exiguae staturae deiecisset. Scipio multo maius etiam adiit periculum in expugnatione urbis, quam tunc obsidebant Romani: nam ipse primus murum conscendit, viamque aliis militibus aperuit. Ob haec praeclare [8]

XIV. 1. Nótese el valor distinto de la prep. *a:* la primera introduce un complem. de tiempo, "desde el cual"; la segunda, un ablat. agente. 2. Véase pág. 36, nota 30. 3. *Mirum est*, "es increíble" (seguido de orac. interrog. indirecta). 4. Recuérdese que el part. pasado de los deponentes tiene valor activo. *Vitae institutum*, "sistema de vida", "conducta". 5. Genit. de cualidad. 6. Véase página 28, nota 8. 7. *Conserere pugnam* (o *conserere manum*) es "venir a las manos", llegar al cuerpo a cuerpo. 8. Para calificar a un participio substantivado suele usarse un adverbio en lugar de un

gesta Lucullus dux iuvenem pro contione laudatum murali corona * donavit [9].

3. Tertio bello Punico, cum clarum esset Scipionis nomen, iuvenis adhuc factus est consul *, eique Africa provincia extra sortem data est, ut quam urbem avus eius concusserat, eam nepos everteret [10]. Tunc enim Romani, suadente Catone, deliberatum habebant [11] Carthaginem diruere. Carthaginiensibus igitur imperatum est, ut, si salvi esse vellent, ex urbe migrarent, sedemque alio in loco a mari remoto constituerent. Quod ubi Carthagine auditum est, ortus est ululatus ingens clamorque: bellum esse [12] gerendum, satiusque esse extrema omnia pati quam patriam relinquere. Cum vero neque naves neque arma haberent, in usum novae classis tecta domosque resciderunt: aurum et argentum pro aere ferroque conflatum est: viri, feminae, pueri, senes simul operi instabant: non die, non noctu labor intermissus. Ancillas primo totonderunt, ut ex earum crinibus funes facerent; mox etiam matronae ipsae capillos suos ad eundem usum contulerunt.

4. Scipio exercitum ad Carthaginem admovit, eamque oppugnare [13] coepit; quae urbs, quamquam summa vi defendebatur, tandem expugnata est. Rebus desperatis, quadraginta milia hominum [14] se victori tradiderunt. Dux ipse Asdrubal, inscia uxore, ad genua Scipionis cum ramis oleae

---

adjetivo; así *facete dicta*, "dichos agudos"; *praeclare facta*, "hechos ilustres". 9. Véase pág. 33, nota 14. 10. Constr.: *ut nepos everteret eam urbem, quam avus eius concusserat*. Nótese la diferencia entre *concutere*, "sacudir con fuerza", "quebrantar", y *evertere*, "destruir hasta los cimientos"; el primer Africano sólo había "quebrantado" el poder de Cartago; su nieto adoptivo debía aniquilarla. 11. *Deliberatum habebant*, más fuerte que *deliberaverant*, marcando un resultado definitivo y duradero; esta perífrasis con *habere*, generalizada en la lengua vulgar, ha dado origen a los tiempos castellanos compuestos con "haber". 12. Orac. de infin. dependiendo de un verbo de "decir" sobreentendido en *clamor* (ejemplo de estilo indirecto), véase pág. 28, nota 15. 13. Nótese el sentido distinto de estos compuestos de *pugnare: oppugnare*, "atacar", *expugnare*, "tomar por asalto", *propugnare*, "defender". 14. El plural de *mille*, *milia*, es un substantivo significando "millares" y rige genit.; el sing. *mille* es un adj. que va concertando con un nombre; así se dice, *mille homines*, "mil hombres", pero *duo milia hominum*, "dos milla-

supplex procubuit. Cum vero eius uxor se a viro relictam vidisset, diris [15] omnibus eum devovit: tum duobus liberis dextra laevaque comprehensis, a culmine domus se in medium flagrantis urbis incendium immisit. Deleta Carthagine, Scipio victor Romam reversus est. Splendidum egit triumphum *, Africanusque est appellatus. Ita cognomen Africani Carthago capta [16] Scipioni maiori, eadem eversa Scipioni minori peperit.


5. Postea Scipio iterum consul creatus, contra Numantinos in Hispaniam profectus est. Ibi multiplex clades priorum ducum inscitia a Romanis accepta erat. Scipio, ubi primum [17] advenit, corruptum licentia exercitum ad pristinam disciplinam revocavit. Omnia deliciarum instrumenta e castris eiecit. Qui miles extra ordinem fuisset deprehensus eum virgis caedebat [18]: iumenta omnia vendi iussit ne oneribus portandis usui [19] essent: militem quemque triginta dierum frumentum ac septenos [20] vallos ferre coegit. Cuidam propter onus aegre incedenti dixit: "Cum te gladio vallare [21] scieris, tunc vallum ferre desinito." Ita redacto in disciplinam exercitu, urbem Numantiam obsedit. Numantini, fame adacti, se ipsi trucidaverunt. Captam urbem Scipio delevit, et de ea triumphavit.

6. Scipio censor * fuit cum Mummio, viro nobili, sed segniore [22]. Tribu movit quemdam, qui ordines ducens [23] proelio non interfuerat. Cumque ille quaereret, cur notaretur [24], qui custodiae causa castris remansisset, Scipio respondit: "Non amo nimium diligentes." Equum ademit adu-

---

res de hombres" (véase Gram. § 83). 15. *Dirae, arum,* "las divinidades infenales"; le maldijo, consagrándole a los dioses infernales. 16. *Capta... eversa,* la misma antítesis que antes con *concutere, evertere;* trad. los participios por substantivos verbales. 17. *Ubi primum,* "tan pronto como". 18. Constr.: *caedebat virgis militem, qui extra ordinem,* etc.; *extra ordinem,* "fuera de filas". 19. Dativo predicativo (Gram., § 283 bis): "fuesen útiles para..."; por el gerundivo véase pág. 28, nota 7. 20. Distributivo, "siete cada uno". 21. Nótese el juego de palabras. 22. Comparativo intensivo, "demasiado débil" (véase Gram., § 68). 23. Con esta expresión se designa a los centuriones o comandantes de centuria. 24. Los censores podían desposeer de su rango a todo ciudadano que por su conducta y costumbres se mostrase indigno de él; a esto se llamaba

lescenti, qui in obsidione Carthaginis, vocatis ad cenam amicis, diripiendam [25] sub figura urbis Carthaginis placentam in mensa posuerat: quaerentique causam: "Quia, inquit Scipio, me [26] prior Carthaginem diripuisti." Contra Mummius, Scipionis collega, neque ipse notabat quemquam, et notatos a collega, quos poterat ex ignominia eximebat. Unde Scipio, cum ei cupienti censuram ex maiestate reipublicae gerere impedimento [27] esset Mummii segnities, in senatu ait: "Utinam mihi collegam dedissetis, aut non dedissetis!" [28].



Imperator romano recibiendo la sumisión de un pueblo vencido
(Roma, Palazzo dei Conservatori)

7. In Scipione Aemiliano etiam multa privatae vitae dicta factaque celebrantur. C. Laelio familiariter usus est [29]. Ferunt cum eo Scipionem saepe rusticatum esse, eosque incredibiliter repuerascere solitos esse, cum rus [30] ex urbe, tamquam e vinculis, evolavissent. Vix audeo dicere de tantis viris; sed ita narratur, conchas eos ad litus maris legere consuevisse, et ad omnem animi remissionem ludumque descendere. Mortuo Paulo Aemilio, Scipio cum fratre heres relictus, animum vere fraternum in eum ostendit; nam universam ei hereditatem tradidit, quod illum videret re familiari [31] minus quam se instructum; pariter, defuncta matre, omnia bona materna sororibus concessit, quamquam nulla pars hereditatis ad eas lege pertinebat.

---

notare. 25. "Para ser..." 26. *Me,* ablat. complemento del comparativo *prior.* 27. Doble dativo con *sum: ei, impedimento* (véase Gram., § 283 bis). 28. Entiéndase, *utinam mihi dedissetis collegam bonum aut non dedissetis ullum.* 29. *Familiariter uti aliquo,* literalmente, "usar familiarmente de alguien", es nuestro "tratar con intimidad a alguien". 30. ¿Qué valor tiene este acusativo? (Gramática, § 276). 31. *Res familiaris,* "el patrimonio". 32. Al revés

8. Cum in contione * interrogaretur, quid sentiret de morte Tiberii Gracchi, qui populi favorem pravis largitionibus captaverat, palam respondit, eum iure caesum videri. Quo responso exacerbata contio acclamavit [32]. Tum Scipio clamorem ortum a vili plebecula animadvertens: "Taceant, inquit, quibus Italia noverca est, non mater" [33]. Cum magis etiam obstreperet populus, ille vultu constanti: "Hostium, inquit, armatorum toties clamore non territus, qui [34] possum vestro moveri?" Tunc constantia et auctoritate viri perculsa plebs * conticuit. Deinde, quasi vim sibi mox inferendam animo praesagiret [35], malam sibi rependi gratiam laborum pro republica susceptorum ab ingratis civibus questus est. Maxima patrum frequentia domum deductus est.

9. Postridie quam [36] domum se validus receperat, Scipio repente in lectulo exanimis est inventus. De tanti viri morte nulla habita est quaestio, eiusque corpus velato capite est elatum, ne livor in ore appareret. Metellus, licet Scipionis inimicus, hanc necem adeo graviter tulit, ut [37], ea audita, in forum * advolaverit, ibique maesto vultu clamaverit: "Concurrite, cives; moenia urbis nostrae eversa sunt: Scipioni intra suos penates * quiescenti nefaria vis allata est." Idem Metellus filios suos iussit funebri eius lecto humeros subicere, eisque dixit: "Numquam a vobis id officium maiori viro praestari poterit." Scipionis patrimonium tam exiguum fuit, ut triginta duas libras argenti, duas et selibras auri tantum reliquerit.

---

del castellano "aclamar", *acclamare* se usa en mal sentido, "protestar a gritos". 33. Gran parte de la población baja de Roma estaba formada por emigrantes de todas las procedencias; por ello les dice Escipión que Italia no les es madre, sino madrastra. 34. *Qui* es aquí adverbio "cómo". 35. Constr.: *quasi praesagiret animo vim mox inferendam (esse) sibi.* 36. *Postridie quam,* "el día siguiente de". 37. *Adeo... ut,* "tan... que" (correlación consecutiva).

LAS GUERRAS CIVILES

XV. Quinto Sertorio

(Año 90 a. de J. C.)


1. Quintus Sertorius, ignobili loco natus, prima stipendia bello Cimbrico fecit: in quo honos ei virtutis causa [1] habitus est. In prima adversus Cimbros pugna, licet vulneratus, et equo amisso, Rhodanum flumen rapidissimum nando traiecit lorica * et scuto * retentis. Egregia etiam fuit eius opera bello sociali. Dum enim nullum periculum refugit, alter [2] ei oculus effossus est; idque ille non dehonestamentum oris, sed ornamentum merito arbitrabatur. Dicebat enim cetera bellicae fortitudinis insignia, ut armillas *, coronasve * nec semper nec ubique gestari; se vero, quotiescumque in publicum prodiret, suae virtutis pignus, vulnus scilicet ob rempublicam acceptum, in ipsa fronte ostentare, nec quemquam [3] sibi occurrere, qui non esset laudum suarum admirator.

2. Postquam Sylla, ex bello Mithridatico in Italiam reversus, coepit dominari, Sertorius, qui partium [4] Marianarum fuerat, in Hispaniam se contulit. Ibi virtutis admiratione et imperandi moderatione Hispanorum simul ac Romanorum, qui in iis locis consederant, animos sibi conciliavit; magnoque exercitu collecto, quos adversus eum Sylla miserat, duces [5] profligavit. Missus deinde a Sylla Metellus a Sertorio fusus quoque ac fugatus est. Pompeium etiam, qui in Hispaniam venerat, ut Metello opem ferret, levibus proeliis [6] lacessivit Sertorius. Is enim, non minus cautus quam acer imperator, universae dimicationis discrimen vitabat, quod imparem se universo Romanorum

XV. 1. Ablat. de *causa* en función de prepos. de genit., "por", "a causa de" (véase Gram., § 233). 2. *Alter* se refiere a una de dos cosas formando pareja; trad. por "un". 3. *Nec quemquam = et neminem; occurrere alicui,* "encontrarse con alguien". 4. El plural de *pars* se usa significando "partido político". 5. *Duces, quos adversus eum Sylla miserat.* 6. *Levia proelia,* "guerrillas". 7. Los

exercitui sentiret: interim vero hostem crebris damnis fatigabat.

3. Cum aliquando Sertorii milites pugnam inconsulte flagitarent, nec iam eorum impetus possent cohiberi, Sertorius duos in eorum conspectu equos constituit, praevalidum [7] alterum, alterum vero admodum exilem et imbecillum, deinde equi infirmi caudam a robusto iuvene totam simul [8] abrumpi iussit; validi autem equi singulos pilos ab imbecillo sene paulatim velli. Irritus adulescentis labor risum omnibus movit: senex autem, quamvis tremula manu, id perfecit quod imperatum sibi erat. Cumque milites non satis intellegerent, quorsum [9] ea res spectaret, Sertorius ad eos conversus: "Equi caudae, inquit, similis est hostium exercitus: qui partes aggreditur, facile potest opprimere; contra, nihil proficiet, qui universum conabitur prosternere."


Pompeyo
(Copenhague, Gliptoteca Ny Carlsberg)

4. Erat Sertorio [10] cerva candida eximiae pulchritudinis, quae ipsi magno usui [11] fuit, quo obsequentiores [12] haberet milites. Hanc Sertorius assuefecerat se vocantem audire et euntem sequi. Dianae donum esse omnibus persuasit, seque ab ea moneri quae facto opus essent [13]. Si quid durius vellet imperare, se a cerva monitum praedicabat; statim libenter parebant. Cerva in quadam hostium

---

prefijos *prae-* y *per-* dan a un adjetivo el valor de superlativo; por *alter* véase más arriba, nota 2. 8. *Simul,* "de una vez", aquí, "de un tirón". 9. *Quorsum,* "a qué fin". 10. Dativo posesivo (véase Gramática, § 283). 11. Doble dativo con *sum* (Gram., § 283 bis). 12. Predicado de *milites.* 13. Con el impersonal *opus est,* "es necesario", en lugar de un infinitivo expresando lo que es necesario hacer, se encuentra a menudo un participio substantivado en ablativo; *facto*

incursione amissa est ac periisse credita: quod aegerrime tulit Sertorius. Multis post diebus, a quodam homine inventa est. Sertorius eum, qui id sibi nuntiabat, tacere iussit, cervamque repente in locum ubi ius reddere solebat, immitti. Ipse vultu hilari in publicum progressus, dixit sibi in quiete visam esse cervam, quae perierat, ad se reverti [14]. Tunc emissa ex composito cerva, ubi Sertorium conspexit, laeto saltu ad tribunal fertur, ac dexteram sedentis ore lambit; unde clamor factus, ortaque omnium admiratio est.

5. Victus postea a Pompeio Sertorius pristinos mores mutavit, et ad iracundiam deflexit. Multos ob suspicionem proditionis crudeliter interfecit: unde odio esse coepit exercitui [15]. Romani moleste ferebant, quod Hispanis magis quam sibi confidebat, hosque habebat corporis custodes. In hac animorum aegritudine non deserebant Sertorium, quem necessarium sibi ducem iudicabant, sed eum amare desierant. Deinde in Hispanos quoque saeviit Sertorius, quod ii tributa non tolerarent. Ipse etiam Sertorius, curis iam et laboribus fessus, ad obeunda ducis munia [16] segnior, ad luxum et libidines declinavit. Quare, alienatis omnium animis, iussa imperatoris contemnebantur. Tandem facta adversus eum coniuratione, Sertorius in convivio a suis est interfectus.

XVI. Cayo Julio César

(Años 100-44 a. de J. C.)

1. C. Iulius Caesar, nobilissima genitus familia [1], annum agens [2] sextum et decimum, patrem amisit. Paulo post, Corneliam duxit [3] uxorem; cuius cum pater [4] Syllae esset

---

aquí substituye a *facere*. 14. Dependiendo de *visam esse*. 15. ¿Qué valor tienen estos dos dativos? 16. "Para cumplir sus deberes de general". Por la construcción de gerundivo véase pág. 25, nota 1.

XVI. 1. Los adjetivos indicando descendencia, *genitus, natus, ortus*, llevan un ablat. de procedencia. 2. *Agere* y acusat. indica el año que está en curso. 3. "Casarse", hablando del marido, se dice *uxorem ducere* (con el nombre de la esposa en acusativo); hablando

inimicus, voluit Sylla Caesarem compellere, ut eam dimitteret; neque id potuit efficere. Ob eam causam Caesar bonis spoliatus, cum etiam ad mortem quaereretur, mutata veste, noctu elapsus est ex urbe; et quamquam tunc quartana febri laborabat, prope per singulas noctes [5] latebras commutare cogebatur. Sic comprehensus a Syllae liberto *, vix data pecunia evasit. Postremo per proximos suos [6] veniam impetravit, diu repugnante Sylla; qui cum deprecantibus ornatissimis viris denegasset [7], atque illi pertinaciter contenderent, expugnatus tandem dixit eum, quem salvum tantopere cuperent, aliquando optimatium * partibus [8], quas simul defendissent, exitio [8] futurum, multosque in eo puero inesse Marios.

2. Caesar, mortuo Sylla et composita seditione civili, Rhodum secedere statuit, ut per otium Apollonio, tunc clarissimo dicendi magistro, operam daret [9]; sed in itinere a piratis captus est, mansitque apud eos quadraginta dies. Ita porro per illud omne spatium se gessit [10], ut piratis terrori pariter ac venerationi esset. Atque ne iis suspicionem ullam daret, qui oculis tantummodo eum custodiebant, numquam aut nocte aut die excalceatus est. Interim comites servosque dimiserat ad expediendas pecunias [11], quibus redimeretur. Viginti talenta * piratae postulaverant: ille vero quinquaginta daturum se spopondit. Quibus numeratis, expositus est in litore. Caesar liberatus confestim Miletum, quae urbs proxime aberat, properavit; ibique contracta classe, stantes adhuc in eodem loco praedones noctu adortus, aliquot naves, mersis aliis, cepit, piratasque ad

---

de la esposa se dice *nubere* (con el nombre del marido en dativo). 4. El padre de Cornelia era Cinna, compañero de Mario en el consulado y por tanto acérrimo enemigo de Sila. 5. "Cada noche". 6. *Per* con nombre de persona indica el intermediario gracias al cual se hace algo. 7. Véase pág. 31, nota 3. 8. *Partes* en pl.: "partido (político)". Nótese el doble dativo con *sum* (véase Gram., § 283 bis). Súplase *esse* después de *futurum*. 9. *Operam dare* (con dativo) "aplicarse a", significa aquí "seguir las enseñanzas de". 10. *Ita se gessit ut*, correlación consecutiva, "se portó de tal manera que...". 11. Las construcciones de gerundivo con *ad* equivalen a menudo a una oración final. Nótese también el valor final de la orac. relativa si-

deditionem redactos [12] eo affecit supplicio, quod illis saepe per iocum minatus erat, dum ab iis detineretur: crucibus illos suffigi iussit.


3. Iulius Caesar, quaestor * factus, in Hispaniam profectus est; cumque Alpes transiret, et ad conspectum pauperis cuiusdam vici comites eius per iocum inter se disputarent, num [13] illic etiam esset ambitioni locus, serio dixit Caesar malle se ibi primum esse, quam Romae secundum. Ita animus, dominationis avidus, a prima aetate regnum [14] concupiscebat; semperque in ore habebat hos Euripidis, Graeci poetae, versus: "Nam si violandum est ius, regnandi gratia [15] violandum est: aliis rebus pietatem colas" [16]. Cum vero Gades, quod est Hispaniae oppidum, venisset, visa Alexandri Magni imagine, ingemuit et lacrimas fudit. Causam quaerentibus amicis: "Nonne, inquit, idonea dolendi causa est, quod nihildum memorabile gesserim, eam aetatem adeptus, qua Alexander iam terrarum orbem subegerat?"

4. Iulius Caesar in captanda plebis gratia et ambiendis honoribus [17] * patrimonium effudit. Aere alieno [18] oppressus, ipse dicebat sibi opus esse milies [19] sestertium, ut haberet nihil. His artibus consulatum * adeptus est; collegaque ei datus M. Bibulus, cui Caesaris consilia haud placebant. Inito magistratu, Caesar legem agrariam tulit, hoc est, de dividendo egenis civibus agro publico: cui legi cum senatus repugnaret, Caesar rem ad populum detulit. Bibulus collega in forum * venit, ut legi ferendae obsisteret; sed tanta commota est seditio, ut [20] in caput consulis cophinus, stercore plenus, effunderetur, fascesque frangerentur. Tandem Bibulus a satellitibus Caesaris foro expulsus,

---

guiente. 12. *Redìgere aliquem ad deditionem*, "reducir a alguien a rendirse". 13. Orac. interrogativa indirecta, completiva de *disputarent*. En esta orac. el adv. *num* se trad. por "si". 14. No "reino", sino "poder absoluto". 15. *Gratia* (ablat. usado como prepos. de genit.) con gerundio se traduce "para" e infin. 16. *Pietatem colere*, aquí, "practicar la virtud". 17. Por estas construcciones de gerundivo véase pág. 28, nota 7. 18. *Aes alienum*, "deudas". 19. Súplase *centena milia*, o sea, "mil veces cien mil sextercios", cien millones. 20. *Tanta... ut*, correlación consecutiva. 21. Constrúyase: *quidam*

domi se continere per reliquum anni tempus coactus est, curiaque * abstinere. Interea unus Caesar omnia ad arbitrium in republica administravit, unde quidam homines faceti, quae eo anno gesta sunt [21], non ut mos erat, *consulibus Caesare et Bibulo* acta esse dicebant, sed *Iulio et Caesare;* unum consulem nomine et cognomine pro duobus appellantes.



Aquilifer. Estela funeral de un portaestandarte romano.
(Museo de Maguncia)

5. Iulius Caesar, functus consulatu [22], Galliam provinciam sorte obtinuit. Gessit autem novem annis, quibus in imperio * fuit, haec fere: Galliam in provinciae Romanae formam redegit; Germanos, qui trans Rhenum incolunt, primus Romanorum ponte fabricato aggressus, maximis affecit cladibus: Britannos, antea ignotos, vicit, iisque pecunias et obsides imperavit: quo in bello multa Caesaris facta egregia narrantur. Inclinante in fugam exercitu, rapuit e manu militis fugientis [23] scutum *, et in primam aciem volitans, pugnam restituit. In alio proelio aquiliferum * terga vertentem [23] faucibus comprehendit, in contrariam partem retraxit, dexteramque ad hostem protendens: "Quorsum tu, inquit, abis? Illic sunt cum quibus dimicamus." Quo facto militibus animos addidit.

6. Caesar cum adhuc in Gallia detineretur, ne imperfecto bello discederet, postulavit, ut sibi liceret, quamvis

---

homines faceti dicebant (ea), quae gesta sunt eo anno, acta esse non... Los años se designaban con el nombre de los dos cónsules formando un ablat. absoluto (véase Gram., § 178). 22. *Utor*, "usar", *fruor*, "gozar", *fungor*, "desempeñar", *potior*, "apoderarse de", rigen ablat.; nótese el valor activo del partic. pasado de los deponentes. 23. El participio equivale muchas veces a una orac. abreviada; aquí *militis fugientis = militis qui fugiebat.* Más adelante, *aquiliferum*

absenti [24], secundum consulatum petere: quod ei a senatu * est negatum. Ea re commotus, in Italiam rediit [25], armis iniuriam acceptam vindicaturus, plurimisque urbibus occupatis, Brundisium contendit, quo Pompeius consulesque * confugerant. Tunc summae audaciae facinus Caesar edidit: a Brundisio Dyrracchium, inter oppositas classes, gravissima hieme [26] transmisit, cessantibusque copiis, quas subsequi iusserat, cum ad eas arcessendas [27] frustra misisset, morae impatiens, castris noctu egreditur, clam solus naviculam conscendit, obvoluto capite, ne agnosceretur. Mare, adverso vento vehementer flante, intumescebat: in altum [28] tamen protinus dirigi navigium iubet; cumque gubernator paene obrutus fluctibus adversae tempestati cederet: "Quid times? ait, Caesarem vehis."



Marco Bruto
(Roma, Palazzo dei Conservatori)

7. Deinde Caesar Thessaliam petiit, ubi Pompeium Pharsalico proelio fudit, fugientem persecutus est, eumque in itinere cognovit occisum esse. Tum bellum Ptolemaeo, Pompeii interfectori, intulit, a quo sibi quoque insidias parari videbat. Quo victo, Caesar in Pontum transiit, Pharnacemque, Mithridatis filium, rebellantem aggressus, intra quintum ab adventu diem [29], quattuor vero quibus in cons-

---

terga vertentem = *aquiliferum, qui terga vertebat.* 24. La ley exigía que los candidatos estuvieran presentes en Roma. 25. Al entrar en Italia con su ejército, César cometía un acto ilegal que implicaba una declaración de guerra al Senado y a los magistrados legítimos de Roma; el límite de su provincia estaba marcado por el río Rubicón; fué al pasarlo que César pronunció un verso griego de Menandro, cuya traducción latina se ha hecho famosa: *alea iacta est,* "la suerte está echada". 26. *Hiems,* significa "invierno" y "tempestad". 27. Construcción de gerundivo con *ad* con valor de orac. final. 28. *In altum,* entiéndase *mare.* 29. Nótese este complemento de tiempo respondiendo a la pregunta ¿al cabo de cuántos días? Como si dijera

pectum venerat horis [30], uno proelio profligavit. Quam victoriae celeritatem in triumpho * notavit, inscriptis inter pompae ornamenta tribus his verbis: "Veni, vidi, vici." Sua deinceps Caesarem semper comitata est fortuna, Scipionem et Iubam, Numidiae regem, reliquias Pompeianarum partium in Africa refoventes [31] devicit; Pompeii liberos in Hispania superavit [32]. Clementer usus est victoria, et omnibus, qui contra se arma tulerant, pepercit. Regressus in Urbem, quinquies triumphavit *.



Moneda conmemorando el asesinato de César. Gorro frigio (emblema de la libertad) y dos puñales. Inscripción: *Eid(us) Mar(tiae)*, las idus de marzo.

8. Bellis civilibus confectis, Caesar dictator * in perpetuum creatus, agere insolentius [33] coepit. Senatum ad se venientem sedens excepit, et quemdam, ut assurgeret monentem [34], irato vultu respexit. Cum Antonius, Caesaris in omnibus expeditionibus comes et tunc in consulatu collega, ei in sella aurea sedenti pro rostris * diadema, insigne regium, imponeret, non visus est ea re offensus. Quare coniuratum est [35] in eum a sexaginta et amplius viris, Cassio et Bruto ducibus conspirationis. Cum igitur Caesar idibus martiis in senatum venisset, assidentem specie officii [36] circumsteterunt; illicoque unus e coniuratis, quasi aliquid rogaturus, propius accessit, renuentique togam * ab utroque humero apprehendit. Deinde clamantem [37]: "Ista quidem vis est", Cassius vulnerat paulo infra iugulum. Caesar Cassii bracchium arreptum graphio * traiecit conatusque prosilire, aliud vulnus accepit. Cum Marcum Brutum, quem loco filii habebat [38], in se irruentem vidisset, dixit: "Tu quoque, fili mi!" Dein ubi animadvertit undique se

---

die quinto post adventum suum. 30. Es decir, *profligavit quattuor horis* (tiempo que se necesita para hacer algo), *quibus* (tiempo durante el cual ocurre algo) *in conspectum venerat.* 31. Trad. por relativo. 32. En la batalla de Munda (cerca de la actual Montilla). 33. Comparativo de intensidad (Gram., § 68). 34. *Monere ut* (con subj.), "exhortar a que". 35. Impersonal (Gram., § 170). 36. "Fingiendo hacerle honor". 37. Referido al compl. directo de *vulnerat.* 38. *Habere aliquem loco filii,* "considerar a uno como su propio hijo".

strictis pugionibus peti, toga caput obvolvit, atque ita tribus et viginti plagis confossus est.

9. Erat Caesar excelsa statura, nigris vegetisque oculis, capite calvo [39]: quam calvitii deformitatem aegre ferebat, quod saepe obtrectantium iocis erat obnoxia. Itaque ex omnibus honoribus sibi a senatu populoque decretis, non aliud recepit aut usurpavit libentius, quam ius laureae perpetuo gestandae [40]. Eum vini parcissimum [41] fuisse ne inimici quidem negarunt: unde Cato dicere solebat, unum ex omnibus Caesarem ad evertendam rempublicam sobrium accessisse. Armorum et equitandi peritissimus [41] erat; laboris ultra fidem patiens [41]: in agmine nonnumquam equo, saepius pedibus anteibat, capite detecto, sive sol, sive imber erat. Longissimas vias incredibili celeritate confecit, ita ut persaepe nuntios de se praevenerit: neque eum morabantur flumina, quae vel nando vel innixus inflatis utribus traiciebat.

EL IMPERIO

XVII. Octavio César Augusto

(Años 63 a. de J. C.-14 desp. de J. C.)


1. Octavius, nepos Iuliae, C. Caesaris sororis, patrem quadrimus amisit. A maiore avunculo adoptatus *, eum in Hispaniam profectum secutus est. Deinde ab eo Apolloniam missus est, ut liberalibus studiis vacaret [1]. Audita avunculi morte, Romam rediit, nomen Caesaris sumpsit, collectoque veteranorum * exercitu, opem Decimo Bruto tulit [2], qui ab Antonio Mutinae obsidebatur. Cum autem urbis aditu [3] prohiberetur, Brutum autem de omnibus rebus certiorem facere [4] vellet, primo litteras laminis plum-

---

39. Ablativos de cualidad. 40. *Ius laureae perpetuo gestandae* = *ius gestandi lauream perpetuo*, véase pág. 28, nota 7. 41. Los adjetivos *parcus, peritus, patiens*, rigen genit.; *ultra fidem*, "más de lo creíble, increíblemente".

XVII. 1. *Vacare alicui rei* (dativo), "dedicarse a algo". 2. *Opem ferre alicui*, "llevar socorro a alguien". 3. Ablat. de separación, dependiendo de *prohiberetur*. 4. *Aliquem certiorem facere de aliquo*

beis inscriptas misit, quae per urinatorem sub aqua fluminis deferebantur; ad id postea columbis usus est [5]: iis enim diu inclusis et fame affectis litteras ad collum alligabat, easque a proximo moenibus [6] loco emittebat. Columbae, lucis cibique avidae, summa aedificia petentes, a Bruto excipiebantur, qui, disposito in quibusdam locis cibo, eas illuc devolare instituerat.



Octavio niño
(Roma, Museo Vaticano)

2. Octavius bellum Mutinense duobus proeliis confecit; in eorum altero non solum ducis sed etiam militis munere functus est [7]; nam, aquilifero * graviter vulnerato, aquilam * humeris subiit et in castra * reportavit. Postea, reconciliata cum Antonio gratia iunctisque cum eo copiis, ad C. Caesaris necem ulciscendam [8] hostiliter ad Romam accessit; inde quadringentos milites ad senatum * misit, qui [9] sibi consulatum *, nomine exercitus, deposcerent. Cunctante senatu, centurio *, legationis princeps, reiecto sagulo *, ostendens gladii capulum, ausus est in curia * dicere: "Hic faciet, si vos non feceritis." Ei autem respondisse Ciceronem ferunt: "Si hoc modo petieritis Caesari consulatum, auferetis." Id autem dictum oratori deinde exitio [10] fuit: invisus enim coepit esse Caesari, qui eum libertatis amantiorem [11] esse existimavit.

---

re, "hacer a alguien sabedor de algo", informar a alguien acerca de algo. 5. ¿Qué caso rige *utor?* (véase Gram. § 286, 2.°). 6. Los adjetivos indicando "proximidad", *vicinus*, "vecino", *proximus*, "próximo", *finitimus*, "fronterizo", llevan un complemento en dativo. 7. ¿Qué caso rige *fungor?* (Gram., § 286, 2.°). 8. Gerundivo con valor final, véase pág. 25, nota 1. 9. Orac. de relativo con valor final (verbo en subj.): *qui = ut ii.* 10. Doble dativo con *sum* (véase Gram., § 283 bis). 11. Comparativo intensivo, "demasiado amante"

3. Octavius Caesar, nondum viginti annos natus [12], consulatum invasit, novamque proscriptionis * tabulam proposuit. Ea autem proscriptio Sullana longe [13] crudelior fuit: ne tenerae quidem aetati pepercit. Puerum quemdam, nomine Atilium, Octavius coegit togam * virilem sumere eumque tamquam virum proscripsit. Atilius, simul ac [14] descendit e Capitolio, deducentibus ex more amicis, in tabulam relatus est. Desertum deinde a comitibus ne mater quidem prae metu recepit; itaque puer fugit et in silvis aliquamdiu delituit. Cum vero inopiam ferre non posset, e latebris exiit, seque praetereuntibus [15] indicavit, a quibus interfectus est. Alius puer, qui in ludum litterarium ibat, cum paedagogo necatus est.


Augusto como *Imperator*
(Roma, Museo Vaticano)

4. Octavius, inita cum Antonio societate, M. Brutum, Caesaris interfectorem, bello persecutus est. Id autem bellum, quamquam erat aeger atque invalidus, celeriter confecit, superatis apud Philippos Cassii et Bruti copiis. Sed post victoriam se crudeliorem praebuit [16]. Nam in nobilissimum quemquem [17] captivum saeviit, adiecta etiam morti verborum contumelia. Uni suppliciter precanti sepulturam [18] respondit "illam mox fore in ferarum et avium potestate". Erant duo captivi, pater et filius. Octavius autem, cum vellet uni vitam concedere, eos sortiri iussit utri par-

---

(Gram., § 68). 12. Véase pág. 27, nota 1. 13. Reforzando el comparat. 14. *Simul ac*, "tan pronto como". 15. "Transeúntes". 16. *Se praebere*, "mostrarse" (con un adjetivo). 17. *Quisque* se usa con frecuencia con un superlativo: *nobilissimus quisque*, "todos los más nobles". 18. Trad. el participio por una orac. de relativo; los antiguos creían que las almas de los que no habían recibido sepultura

ceretur[19]. Pater, qui se pro filio ad mortem obtulerat, occisus est; nec servatus est filius, qui propter dolorem voluntaria nece occubuit. Octavius autem oculos ab hoc tristi spectaculo non avertit, sed utrumque spectavit morientem[20].

5. Octavius postea Antonio iterum inimicus factus est: is enim, repudiata Octavia, sorore Octavii, Cleopatram, Aegypti reginam, uxorem duxerat[21]. Mulier illa cum Antonio luxu et deliciis certabat. Gloriata est aliquando se centies sestertium[22] in una cena esse absumpturam. Antonio, id fieri posse neganti, magnificam apposuit cenam, sed minus sumptuosam quam promiserat. Irrisa igitur ab Antonio, iussit sibi afferri vas aceti plenum, unamque a gemmis pretiosissimis, quas auribus appensas gerebat, protinus detraxit, aceto diluit, dein absorbuit. Alteram quoque simili modo parabat absumere, sed ab Antonio est prohibita.

6. Octavius cum Antonio apud Actium navali proelio dimicavit. Victum et fugientem Antonium persecutus, Aegyptum petiit; Alexandria quo Antonius cum Cleopatra confugerat, brevi potitus[23] est. Antonius, desperatis rebus, cum in solio regali insedisset, regio diademate caput cinxit et necem sibi conscivit. Cleopatra vero, quam Octavius cupiebat in[24] triumphum * suum servari, aspidem sibi[25] in cophino inter ficus allatam bracchio applicuit. Id autem cum cognovisset, Octavius medicos vulneri remedia adhibere iussit, sed frustra. Cleopatrae mortuae communem cum Antonio sepulturam tribuit.

7. Tandem Octavius, hostibus victis, solusque imperio potitus, clementem se exhibuit. Omnia deinceps in eo plena fuerunt mansuetudinis et humanitatis. Multis ignovit, a quibus saepe graviter laesus erat: in eo numero fuit Metellus, unus ex Antonii praefectis. Cum is senex inter cap-

---

erraban cien años por las orillas de la laguna Estigia. 19. Impersonal; recuérdese que *parco* rige dativo. 20. Trad. el participio por una orac. de tiempo. 21. *Uxorem ducere,* "tomar por esposa" (con el nombre de ésta en acusat.); véase pág. 52, nota 3. 22. *Centies sestertium* = *centies centena milia sestertium,* "cien veces cien mil sextercios", diez millones. 23. ¿Qué caso rige *potior?* (véase Gramática, § 286, 2.°). 24. "Para". 25. Refiérase *sibi* a *allatam.* 26. *Par-*

tivos squalidus sordidatusque processisset, suus eum agnovit filius, qui Octavii partes [26] secutus erat, statimque exsiliens, patrem complexus, sic Octavium allocutus est: "Pater meus hostis tibi fuit, ego miles: non magis ille poenam meritus est, quam ego praemium. Iube igitur aut me propter illum occidi, aut illum propter me vivere." Octavius paululum addubitavit, sed, misericordia motus, hominem sibi infensissimum propter filii merita servavit.



Moneda con la cabeza de Jano, el dios de dos caras.

8. Octavius in Italiam rediit, Romamque triumphans ingressus est. Tum, bellis omnibus compositis, Iani * gemini portas sua manu clausit, quae tantummodo bis antea clausae erant, primo sub Numa rege, iterum post primum Punicum bellum. Tunc omnes cepit praeteritorum malorum oblivio, populusque Romanus praesentis otii laetitia perfruitus est [27]. Octavio maximi honores a senatu delati sunt. Ipse *Augustus* cognominatus est, et in eius honorem mensis sextilis * eodem nomine est appellatus, quod [28] illo mense bellis civilibus finis erat impositus. Equites * Romani natalem eius biduo semper celebrarunt; senatus * populusque Romanus universus cognomen *patris patriae* ei tribuerunt. Augustus propter gaudium lacrimans respondit: "Compos [29] votorum meorum sum factus, illudque unum opto ut hunc consensum vestrum ad ultimum vitae finem videre possim."

9. Dictaturam *, a populo instanter oblatam, Augustus, genu nixus, deiectaque ab humeris toga *, deprecatus est. *Domini* appellationem semper exhorruit, eamque sibi tribui edicto vetuit. Immo de restituenda republica [30] non semel cogitavit; sed reputans et [31] se privatum non sine

---

tes en pl.: "partido (político)"; *sequi partes alicuius,* "militar en el partido de alguien". 27. ¿Qué caso rige *fruor* (y su compuesto *perfruor*)? (véase Gram., § 286, 2.°). 28. Conj. causal. 29. Se dice *compos voti* del que ve realizados sus deseos (sus votos). 30. *Res publica,* aquí "constitución antigua". 31. *Et... et,* "por una parte...

periculo fore et [31] rempublicam plurium arbitrio commissum iri, summam retinuit potestatem. Bene de iis, quos adversarios [32] expertus erat, et [33] sentiebat et [33] loquebatur. Invenit aliquando unum e nepotibus legentem [34]. Cum puer territus volumen Ciceronis, quod manu tenebat, veste tegeret, Augustus librum cepit, et statim reddens: "Hic vir, inquit, fili mi, doctus fuit et patriae amans."



Marte

10. Urbem, quam pro maiestate imperii ornatam non existimabat et videbat inundationibus incendiisque obnoxiam, excoluit adeo ut iure gloriatus sit marmoream se relinquere urbem quam latericiam accepisset [35]. Publica opera plurima exstruxit, ex quibus praecipua fuerunt Forum * cum aede Martis Ultoris, templum Apollinis in Palatio, aedes Tonantis Iovis in Capitolio *. Addidit templo Apollinis porticus * cum bibliotheca Latina Graecaque; fecit etiam porticum basilicamque * Gaii et Lucii, porticus Liviae et Octaviae theatrumque Marcelli. Spatium Urbis in quattuordecim regionibus divisit. Adversus incendia excubias nocturnas vigilesque commentus est [36]. Ad coercendas inundationes alveum Tiberis laxavit ac repurgavit; omnes vias munivit; aedes sacras, vetustate collapsas aut incendio absumptas, refecit, easque et ceteras opulentissimis donis adornavit.

11. Augustus, in quadam villa aegrotans noctes inquietas agebat, rumpente somnum eius crebro noctuae cantu. Cum autem ea molestia liberari se vehementer cupere significasset, miles quidam, aucupii peritus, noctuam prehendit vivamque Augusto attulit, spe ingentis praemii. Ei Augustus mille tantum nummos dari iussit. At miles, indignum esse praemium existimans, dicere ausus est: "Malo eam vivere!" Et avem dimisit. Hanc iniuriam aequo animo tulit Augustus hominemque impunitum abire passus est.

---

por otra". 32. Predicado de *quos*. 33. *Et... et*, "no sólo... sino también". 34. *Legentem* = *cum legebat*. 35. Subj. de estilo indirecto; por medio del subj. se da a entender que ésta era una afirmación de

12. Augustus amicitias non facile admisit, sed admissas [37] constanter retinuit. Imprimis familiarem habuit Maecenatem [38], equitem * Romanum. Is autem gratia sua semper usus est ita ut prodesset omnibus, quibus posset, noceret autem nemini. Mirae erant eius ars et libertas in flectendo Augusti animo, quoties eum ira incitatum videbat. Ius aliquando dicebat [39] Augustus, et multos morte damnaturus videbatur. Aderat tunc Maecenas, qui circumstantium turbam perrumpere et ad tribunal accedere conatus est. Cum id frustra temptasset, in tabella scripsit haec verba: "Surge tandem, carnifex!" Eamque tabellam ad Augustum proiecit. Ea autem lecta, Augustus statim surrexit nec quisquam [40] est morte multatus.



Livia, esposa de Augusto
(Oxford, Ashmolean Museum)

13. Habitavit Augustus in aedibus [41] modicis, et per annos amplius quadraginta in eodem cubiculo, hieme et aestate, mansit. Supellex quoque eius vix digna erat privata elegantia [42]. Semper fere veste usus est, quam uxor, soror, filia neptesque confecerant. Altiuscula erant eius calceamenta, sicque procerior, quam erat, videbatur. Cibus eius minimus erat et vulgaris: secundarium panem et pisciculos minutos et ficus virides maxime appetebat. Non amplius quam septem horas dormiebat, ac ne continuas quidem, nam in illo temporis spatio ter aut quater expergiscebatur. Si interruptum somnum recuperare non poterat, lectores arcessebat, donec [43] resumeret. Cum audisset senato-

---

Augusto. 36. De *comminiscor*. 37. Entiéndase *amicitias*. 38. *Habere aliquem familiarem*, "tener amistad íntima con alguien". 39. *Ius dicere*, "administrar justicia". 40. *Nec quisquam* = *et nemo*. 41. *Aedes*, en sing., "templo"; en pl., "casa, palacio". 42. Ablativo dependiendo de *digna;* literal., "de la elegancia de un particular", dina de un particular refinado. 43. "Hasta que", entiéndase *resu-*

rem quendam, aere alieno oppressum, arte et graviter dormire, culcitam eius magno pretio emit, dicens: "Habenda est ad somnum culcita, in qua homo, qui tantum debebat, dormire potuit."

14. Eloquentiam studiaque liberalia ab aetate prima et cupide et laboriosissime exercuit. Multa varii generis opera prosa oratione [44] composuit, in quibus sunt tredecim libri *de vita sua.* Poeticam summatim attigit. Scripsit carmen hexametris versibus, cuius argumentum et titulus est *Sicilia.* Composuit etiam *Epigrammata,* quae fere tempore balnei meditabatur. Aggressus est quoque scribere tragoediam, quae *Aiax* inscribebatur, sed imperfectam abolevit. Ne Graecarum quidem disciplinarum leviore studio abstinebatur: nihil tamen ea lingua componere ausus est. Ingenia saeculi sui omnibus modis fovit. Spoliato paternis bonis Vergilio satis grande praedium dono [45] dedit. Sed praecipue Horatium poetam dilexit: hoc enim familiarissime usus est [46], eumque amanuensem habere voluit; sed poeta constanter recusavit.

15. Tonitrua et fulgura expavescebat, et pro remedio semper et ubique pellem vituli marini circum se ferebat: credebant enim Romani hoc animal numquam fulmine percuti. Quoties maior tempestas imminebat, in abditum et concameratum locum se recipiebat. Somnia neque sua neque aliena de se [47] neglegebat: ideo ex nocturno visu stipem quotannis die certo emendicabat a populo, cavam manum praebens assem porrigentibus [48]. Auspicia * et omina quaedam pro certissimis observabat: dirum esse existimabat calceum perperam, aut sinistrum pro dextero, sibi mane induci [49]. Observabat etiam dies quosdam: numquam postridie nundinas aliquo profectus est, nullam rem seriam nonis incohavit.

16. Exercitationes campestres equorum et armorum statim post bella civilia omisit, et ad pilam primo follicu-

---

meret somnum. 44. *Prosa oratione,* "en prosa". 45. Dativo predicativo con *dedit:* "dió como regalo". 46. *Aliquo uti familiariter,* "tratar íntimamente a alguien". 47. *Somnia de se,* "sueños referentes a él". 48. *Praebens cavam manum porrigentibus* ("a los que...") *assem.* 49. *Calceum... induci,* orac. de infin. sujeto de *esse.*

lumque transiit; mox animi laxandi causa, modo piscabatur hamo, modo talis nucibusque ludebat cum pueris minutis, quos facie et garrulitate amabiles undique conquirebat. Alea multum delectabatur, idque ei reprehensum est.

17. Forma fuit eximia [50], et per omnes aetatis gradus venustissima. Vultu erat semper tranquillo serenoque. Oculos habuit claros et nitidos, quibus [51] etiam volebat existimari inesse divinum quendam vigorem; gaudebatque, si quis sibi acrius contuenti, quasi ad fulgorem solis, vultum summittebat [52]. Dentes rari erant et exigui et scabri, capillus leniter inflexus et sufflavus, supercilia coniuncta, mediocres aures, nasus a summo eminentior et ab imo deductior, statura brevis. In corpore dispersae erant genitivae notae, in modum et ordinem et numerum stellarum caelestis Ursae; crure sinistro claudicabat.



La gloria de Augusto. El emperador está sentado entre los dioses. Debajo soldados levantando un trofeo.
(Museo de Viena)

18. Afflicta valetudine, Augustus in Campaniam concessit, ubi, remisso ad otium animo, nullo hilaritatis genere abstinuit. Supremo die, petito speculo, capillum sibi comi iussit. Dein admisit amicos eosque interrogavit: "Videorne vobis mimum * vitae transegisse?" Adiecit quoque solitam clausulam [53]: "Plaudite, cives!" Omnibus deinde dimissis, repente in osculis Liviae uxoris defecit, dicens: "Livia, vive memor coniugii nostri, ac vale!" Sortitus erat exitum facilem, qualem semper optaverat. Obiit Nolae, in cubiculo eodem, quo pater Octavius, quarto decimo die ante Kalendas Septembris, hora diei nona, sexto et septuagesimo aetatis anno.

---

50. Ablat. de cualidad; sujeto de *fuit: Augustus*. 51. Dativo dependiendo de *inesse*. 52. *Vultum summittere alicui*, "bajar los ojos ante alguien". 53. La frase final de una comedia, por la que los autores solicitaban los aplausos del público.



Segunda Parte

El Gerundio

El *Gerundio* es un substantivo verbal que sirve para declinar el infinitivo:

Nom.	***discere* est difficile**	*aprender es difícil*
Ac.	**paratus *ad discendum***	*dispuesto a aprender*
Gen.	**cupido *discendi***	*afán de aprender*
Dat.	**aptus *discendo***	*apto para aprender*
Abl.	**proficere *discendo***	*sacar provecho aprendiendo*

El Gerundivo

El *Gerundivo* es un adjetivo verbal con sentido pasivo. Indica algo que debe o puede ser hecho. Siendo adjetivo, concierta con el nombre a que se refiere en género, número y caso. Se traduce por el infinitivo activo, tomando el nombre como complemento directo:

Cupidus *litterarum discendarum:* *deseoso de aprender las letras.*

Locum *urbi condendae* quaesivit: *buscó un lugar para fundar una ciudad.*

El gerundivo con **ad** equivale a una oración final:

***Ad firmandam novam civitatem* Romulus Sabinas virgines rapi iussit:** *Rómulo mandó raptar a las doncellas sabinas para robustecer la nueva ciudad.*

Caesar *ad cohortandos milites* accurrit: *César acudió para exhortar a los soldados.*



Esopo

FÁBULAS DE FEDRO

Prologus

Aesopus auctor [1] quam materiam repperit,
hanc ego polivi versibus senariis [2].
Duplex libelli dos [3] est: quod risum movet
et quod prudenti vitam consilio monet.
Calumniari si quis autem voluerit,
quod arbores loquantur, non tantum ferae,
fictis iocari nos meminerit fabulis.

FÁBULA I

El lobo y el cordero

(Lupus et agnus)

Ad rivum eundem lupus et agnus venerant
siti compulsi; superior [1] stabat lupus
longeque inferior agnus. Tunc fauce [2] improba
latro incitatus iurgii causam intulit.
"Cur", inquit, "turbulentam fecisti mihi
aquam bibenti?" Laniger contra timens:
"Qui [3] possum, quaeso, facere, quod quereris, lupe?

PROLOGUS. 1. *Auctor* no significa aquí "autor", sino "inventor". 2. Verso yámbico de seis pies. 3. *Dos*, "utilidad".

FÁBULA I. 1. *Superior*, "situado más arriba" (con relación al curso del río); trad. por el simple adverbio. 2. *Fauce*, "garganta", usado metafóricamente por "hambre", "gula". 3. *Qui*, adv. = *quo*

A te decurrit ad meos haustus liquor."
Repulsus ille veritatis viribus:
"Ante hos sex menses male", ait, "dixisti[4] mihi".
Respondit agnus: "Equidem natus non eram."
"Pater hercle tum tuus", inquit, "male dixit mihi".
Atque ita correptum lacerat iniusta nece.

Haec propter illos scripta est homines fabula,
qui fictis causis[5] innocentes opprimunt.

FÁBULA II

El grajo presuntuoso

(Graculus superbus et pavo)

Ne gloriari libeat alienis bonis,
suoque potius habitu[1] vitam degere[2],
Aesopus nobis hoc exemplum prodidit.
Tumens inani graculus superbia,
pennas pavoni quae deciderant, sustulit
seque exornavit. Deinde contemnens suos
se inmiscuit pavonum formoso gregi.
Illi[3] impudenti pennas eripiunt avi
fugantque rostris. Male mulcatus graculus
redire maerens coepit ad proprium genus;
a quo repulsus tristem sustinuit notam[4].
Tum quidam ex illis, quos prius despexerat:
"Contentus nostris si fuisses sedibus
et, quod natura dederat, voluisses pati,
nec illam expertus esses contumeliam
nec hanc repulsam[5] tua sentiret calamitas."

---

modo. 4. Constr: *male dixisti, ait; male dicere alicui*, "murmurar de alguien". 5. *Causa* significa como más arriba, "pretexto".

FÁB. II. 1. *Habitu*, "condición". 2. Entiéndase *ut libeat*. 3. Nominativo plural (los pavos). 4. *Nota*, "afrenta"; propiamente "marca infamante". 5. *Repulsam*, "fracaso".

FÁBULA III

El perro engañado por el espejo de las aguas

(Canis per fluvium carnem ferens)

Amittit merito proprium, qui alienum appetit.
Canis per flumen carnem dum ferret natans,
lympharum in speculo vidit simulacrum suum,
aliamque praedam ab alio cane ferri putans
eripere voluit; verum decepta aviditas
et[1], quem tenebat ore, dimisit cibum,
nec, quem petebat, potuit adeo attingere.

FÁBULA IV

El león y sus socios

(Vacca, capella, ovis et leo)

Numquam est fidelis[1] cum potente societas.
Testatur haec fabella propositum meum.
Vacca et capella et patiens ovis iniuriae[2]
socii fuere cum leone in saltibus.
Hi cum cepissent cervum vasti corporis,
sic est locutus, partibus factis, leo:
"Ego primam tollo, nominor quoniam leo;
secundam, quia sum fortis, tribuetis mihi;
tum, quia plus valeo, me sequetur tertia[3];
malo afficietur[4], si quis quartam tetigerit."
Sic totam praedam sola improbitas abstulit.

FÁB. III. 1. Como *nec* es igual a *et non*, tenemos una correlación *et... et*, "no sólo... sino".

FÁB. IV. 1. "Segura". 2. *Patiens* rige genit. 3. Literal.: "la tercera me seguirá", o sea, "me llevaré la tercera". 4. "Lo pasará mal".

FÁBULA V

El ciervo en la fuente

(Cervus ad fontem)

Laudatis utiliora, quae contempseris,
saepe inveniri haec asserit[1] narratio.
Ad fontem cervus, cum bibisset, restitit
et in liquore vidit effigiem suam.
Ibi dum ramosa mirans laudat cornua
crurumque nimiam tenuitatem vituperat,
venantum subito vocibus conterritus
per campum fugere coepit et cursu levi
canes elusit. Silva tum excepit ferum[2],
in qua retentis impeditus cornibus
lacerari coepit morsibus saevis canum.
Tunc moriens vocem hanc edidisse dicitur:
"O me infelicem![3] qui nunc demum intellego,
utilia mihi quam[4] fuerint, quae despexeram,
et, quae laudaram, quantum luctus[5] habuerint."

FÁBULA VI

La zorra y el cuervo

(Vulpes et corvus)

Qui se laudari gaudet verbis subdolis,
sera dat poenas[1] turpes paenitentia.
Cum de fenestra corvus raptum caseum
comesse[2] vellet, celsa residens arbore,

FÁB. V. 1. Constr.: *haec narratio asserit (ea), quae contempseris, saepe inveniri utiliora laudatis* (ablat. pl.). 2. Adj. substantivado, "el animal"; *ferus* no significa "fiero", sino "salvaje" (no domesticado). 3. Acusat. de exclamación. 4. Constr.: *quam utilia fuerint (ea) quae despexeram.* 5. Genit. partitivo dependiendo de *quantum.*

FÁB. VI. 1. *Dare poenas*, "ser castigado"; *dare poenas turpes*, "ser castigado afrentosamente". 2. Infinitivo de *comedo* (Gramá-

vulpes hunc vidit, deinde sic coepit loqui:
"O qui[3] tuarum, corve, pennarum est nitor!
Quantum decoris[4] corpore et vultu geris!
Si vocem haberes, nulla prior ales foret."
At ille stultus, dum vult vocem ostendere,
emisit ore caseum, quem celeriter
dolosa vulpes avidis rapuit dentibus.
Tum demum ingemuit corvi deceptus stupor[5].

FÁBULA VII

El asno y el pastor

(Asinus ad senem pastorem)

In principatu commutando saepius
nil[1] praeter domini nomen mutant pauperes.
Id esse verum parva haec fabella indicat.
Asellum in prato timidus pascebat senex.
Is, hostium clamore subito territus,
suadebat asino fugere, ne possent capi.
At ille lentus[2]: "Quaeso, num binas mihi
clitellas impositurum victorem putas?"
Senex negavit[3]. "Ergo quid refert mea[4],
cui serviam, clitellas dum portem meas?"

FÁBULA VIII

Los perros hambrientos

(Canes famelici)

Stultum consilium non modo effectu caret[1],
sed ad perniciem quoque mortales devocat.

---

tica, § 196). 3. *Qui* es aquí adj. exclamativo (con *nitor*). 4. Genitivo partitivo con *quantum*. 5. Expresión abstracta por la concreta; como si dijera: *corvus deceptus ac stupens.*

FÁB. VII. 1. Por *nihil.* 2. "Sin inquietarse". 3. Recuérdese que *negare* significa "decir que no" (véase pág. 31, nota 3). 4. *Quid refert mea,* "qué me importa".

Corium depressum in fluvio viderunt canes.
Id ut comesse extractum [2] possent facilius,
aquam coepere ebibere; sed rupti prius
periere, quam quod petierant contingerent.

FÁBULA IX

La rana que quería ser buey

(Rana rupta et bos)

Inops, potentem dum vult imitari, perit.
In prato quondam rana conspexit bovem
et tacta invidia tantae magnitudinis
rugosam inflavit pellem; tum natos suos
interrogavit, an bove esset latior.
Illi negarunt. Rursus intendit cutem
maiore nisu et simili quaesivit modo,
quis [1] maior esset. Illi dixerunt bovem.
Novissime [2] indignata, dum vult validius
inflare sese, rupto iacuit corpore.

FÁBULA X

El asno cargado de oro

(Muli duo et raptores)

Muli gravati sarcinis ibant duo:
unus ferebat fiscos [1] cum pecunia,
alter tumentes multo saccos hordeo.
Ille onere dives celsa cervice eminet
clarumque [2] collo iactat tintinnabulum;

FÁB. VIII. 1. Los verbos significando "carecer" rigen ablativo. 2. "Una vez sacado".

FÁB. IX. 1. Sería más propio *uter*, "cuál de los dos". 2. "Por último".

FÁB. X. 1. *Fiscus* era un cesto para transportar dinero; de aquí que nosotros llamemos "fisco" al tesoro público. 2. "Sonoro".

comes quieto sequitur et placido gradu.
Subito latrones ex insidiis advolant
interque caedem ferro mulum sauciant,
diripiunt nummos, neglegunt vile hordeum.
Spoliatus igitur casus cum fleret suos:
"Equidem", inquit alter, "me contemptum [3] gaudeo:
nam nil [4] amisi, nec sum laesus vulnere".
Hoc argumento tuta est hominum tenuitas [5];
magnae periclo [6] sunt opes obnoxiae.

FÁBULA XI

El insolente castigado

(Aesopus et petulans)

Successus ad perniciem multos devocat.
Aesopo quidam petulans lapidem impegerat.
"Tanto", inquit, "melior!" Assem deinde illi dedit,
sic prosecutus: "Plus non habeo mehercule,
sed, unde accipere possis, monstrabo tibi.
Venit ecce dives et potens: huic similiter
impinge lapidem et dignum accipies praemium."
Persuasus ille fecit, quod monitus fuit;
sed spes fefellit impudentem audaciam [1]:
comprensus namque poenas persolvit cruce [2].

FÁBULA XII

El pollo y la perla

(Pullus ad margaritam)


In sterquilino pullus gallinaceus
dum quaerit escam, margaritam repperit.

---

3. *Gaudeo me contemptum esse.* 4. Por *nihil.* 5. Expresión abstracta por la concreta; equivale a *homines tenues.* 6. Por *periculo.*

FÁB. XI. 1. Expresión abstracta por la concreta; equivale a *hominem audacem et impudentem.* 2. *Poenas persolvere,* "pagar su culpa", expresión análoga a *poenas dare* (véase fábula IV, nota 1). La cruz era un suplicio corriente para los esclavos, aun por los más fútiles motivos.

"Iaces indigno quanta res"[1], inquit, "loco!"
Hoc si quis pretii cupidus vidisset tui,
olim[2] redisses ad splendorem pristinum.
Ego quod te inveni[3], potior cui multo est cibus,
nec tibi prodesse nec mihi quicquam potest."
Hoc illis narro, qui me non intellegunt.



Los dioses. Friso del Partenón
(Atenas, Museo de la Acrópolis)

FÁBULA XIII

Los árboles y los dioses

(Arbores in deorum tutela)

Olim, quas vellent esse in tutela sua,
divi legerunt arbores. Quercus Iovi
et myrtus Veneri placuit, Phoebo laurea,
pinus Cybebae[1], populus celsa Herculi.
Minerva admirans[2], quare steriles sumerent,
interrogavit. Causam dixit Iuppiter:
"Honorem fructu[3] ne videamur vendere."
"At, mehercules, narrabit quod quis[4] voluerit,

FÁB. XII. 1. *Quanta res*, "cuán bella cosa", en aposición a *tu*, sujeto de *iaces*. 2. "Tiempo ha que". 3. "El hecho de haberte encontrado yo".

FÁB. XIII. 1. Los poetas dicen indiferentemente *Cybebe* o *Cibele*. 2. "Extrañada". 3. "A cambio de su fruto". 4. Constr.: *(ali)quis*

oliva nobis propter fructum est gratior."
Tunc sic deorum genitor atque hominum sator:
"O nata, merito sapiens dicere [5] omnibus!
Nisi utile est quod facimus, stulta est gloria."
Nihil agere, quod non prosit, fabella admonet.

FÁBULA XIV

La zorra y el racimo

(De vulpe et uva)

Fame coacta vulpes alta in vinea
uvam appetebat summis saliens viribus;
quam tangere ut non potuit, discedens ait:
"Nondum matura est; nolo acerbam sumere."
Qui, facere quae non possunt, verbis elevant [1],
adscribere hoc debebunt exemplum sibi [2].

FÁBULA XV

Las dos albardas

(De vitiis hominum)

Peras imposuit Iuppiter nobis duas:
propriis repletam vitiis post tergum dedit,
alienis ante pectus suspendit gravem [1].
Hac re videre nostra mala [2] non possumus;
alii simul [3] delinquunt, censores sumus.

---

narrabit quod voluerit. 5. *Dicere,* segunda pers. pasiva; el sujeto agente *omnibus* está en dativo, como a veces ocurre en poesía, en lugar de ablat. con *ab.*

FÁB. XIV. 1. *Elevare,* "rebajar", "despreciar". 2. *Adscribere sibi,* "aplicarse a sí mismos", darse por aludidos.

FÁB. XV. 1. Constr.: *gravem* ("cargada", entiéndase *peram*) *alienis* (súplase *vitiis*). 2. "Defectos". 3. Por *simul ac,* "tan pronto como".

FÁBULA XVI

La culebra y la lima

(Serpens ad fabrum ferrarium)

Mordaciorem qui improbo dente appetit,
hoc argumento [1] se describi sentiat.
In officinam fabri venit vipera.
Haec cum temptaret, si qua res esset cibo [2],
limam momordit. Illa contra contumax:
"Quid me", inquit, "stulta, dente captas [3] laedere,
omne assuevi ferrum quae [4] conrodere?"

FÁBULA XVII

No ayudes a los malos

(Homo et colubra)

Qui fert malis auxilium, post tempus dolet.
Gelu rigentem quidam colubram sustulit
sinuque fovit, contra se [1] ipse misericors:
namque ut [2] refecta est, necuit hominem protinus.
Hanc alia [3] cum rogaret causam facinoris,
respondit: "Ne quis discat prodesse improbis."

FÁB. XVI. 1. "Con esta fábula". 2. *Cibo,* dativo predicativo (Gram., § 283 bis). 3. "Intentas". 4. Antecedente: *me.*
FÁB. XVII. 1. "Contra su interés". 2. *Ut,* "tan pronto como". 3. Entiéndase *colubra.*

LAS GUERRAS ENTRE PERSAS Y GRIEGOS

Contadas por

CORNELIO NEPOTE

MILTIADES

I. Miltiades, Cimonis filius, Atheniensis, cum et antiquitate generis et gloria maiorum et sua modestia unus [1] omnium maxime floreret eaque esset aetate, ut non iam solum de eo bene sperare, sed etiam confidere [2] cives possent sui talem eum futurum, qualem cognitum [3] iudicarunt, accidit, ut Athenienses Chersonesum colonos * vellent mittere. Cuius generis [4] cum magnus numerus esset et multi eius demigrationis peterent societatem, ex his delecti Delphos * deliberatum [5] missi sunt, qui consulerent Apollinem, quo potissimum duce uterentur. Namque tum Thraces eas regiones tenebant, cum quibus armis erat dimicandum. His consulentibus nominatim [6] Pythia * praecepit, ut Miltiadem imperatorem sibi sumerent: id si fecissent, incepta prospera futura [7]. Hoc



Darío luchando contra sus enemigos
(Londres, British Museum)

XVIII. 1. *Unus* con genit. partitivo, "uno entre todos". 2. *Sperare* indica una simple esperanza; *confidere*, una certeza fundada. 3. "Una vez lo hubieron conocido". 4. *Cuius generis*, "de estos colonos"; nótese el relativo con valor demostrativo: *cuius* = *sed eius*. 5. Supino, complemento de finalidad con un verbo de movimiento (Gram., § 175). 6. "Designándole por su nombre", y no con la acostumbrada ambigüedad de los oráculos. 7. Orac. de infinit. *(fu-*

oraculi responso, Miltiades, cum delecta manu classe Chersonesum profectus, cum accessisset Lemnum et incolas eius insulae sub potestatem redigere vellet Atheniensium, idque Lemnii sua sponte facerent postulasset [8], illi irridentes responderunt tum id se facturos, cum ille, domo [9] navibus proficiscens vento aquilone venisset Lemnum. Hic enim ventus ab septentrionibus oriens adversum tenet [10] Athenis proficiscentibus. Miltiades morandi tempus non habens cursum direxit, quo tendebat, pervenitque Chersonesum.

II. Ibi, brevi tempore barbarorum * copiis disiectis, tota regione, quam petierat [11], potitus, loca castellis idonea communiit, multitudinem [12], quam secum duxerat, in agris collocavit, crebrisque excursionibus locupletavit. Neque minus in ea re prudentia quam felicitate adiutus est. Nam cum virtute militum devicisset hostium exercitus, summa aequitate res constituit [13] atque ipse ibidem manere decrevit. Erat enim inter eos dignitate regia, quamvis carebat nomine [14], neque id magis imperio quam iustitia consecutus. Neque eo setius [15] Atheniensibus, a quibus erat profectus, officia praestabat. Quibus rebus fiebat, ut non minus eorum voluntate [16] perpetuo imperium obtineret, qui miserant, quam illorum, cum quibus erat profectus. Chersoneso tali modo constituta Lemnum revertitur et ex pacto postulat, ut sibi urbem tradant: illi enim dixerant, cum vento borea domo profectus eo pervenisset, sese dedituros: se autem domum [17] Chersonesi habere. Cares, qui tum Lemnum incolebant, etsi praeter opinionem res ceciderat [18],

---

tura esse) dependiendo de *praecepit*. 8. *Postulare* lleva habitualmente una orac. completiva con *ut*, "pedir que..."; pero a veces se construye con un subj. sin conjunción: *cum Miltiades postulasset (ut) Lemnii facerent id sua sponte*. 9. "De su patria", o sea Atenas. 10. *Adversum tenet*, "sopla contrario"; *proficiscentibus*, dativo de relación indicando el punto de vista desde el cual es cierto lo que se afirma. 11. Entiéndase *petierat armis* o *bello*; ¿qué caso rige *potior*? (Gram., § 286, 2.°). 12. La multitud de colonos. 13. *Res constituit*, "organizó la colonia", señaló sus leyes y régimen político. 14. Entiéndase *nomine regio*. 15. *Neque eo setius*, "y no por esto menos" (y no dejaba por esto). 16. "Consentimiento". 17. Milcíades juega con los dos sentidos de *domus*, "patria" y "domicilio". 18. El verbo *cadere*, "caer", sirve para expresar un acontecimiento

tamen non dicto, sed secunda fortuna adversariorum capti resistere ausi non sunt atque ex insula demigrarunt. Pari felicitate ceteras insulas, quae Cyclades nominantur, sub Atheniensium redegit potestatem.

III. Eisdem temporibus Persarum rex Darius ex Asia in Europam exercitu traiecto Scythis bellum inferre decrevit. Pontem fecit in Histro flumine, qua copias traduceret [19]. Eius pontis, dum ipse abesset, custodes [20] reliquit principes, quos secum ex Ionia et Aeolide duxerat, quibus singulis illarum urbium perpetua dederat imperia. Sic enim facillime putavit se Graeca lingua loquentes [21], qui Asiam incolerent, sub sua retenturum potestate, si amicis suis oppida tuenda [22] tradidisset, quibus se oppresso nulla spes salutis relinqueretur. In hoc fuit tum numero Miltiades, cui illa custodia crederetur. Hic [23] cum crebri afferrent nuntii male rem gerere Darium premique a Scythis, Miltiades hortatus est pontis custodes, ne a fortuna datam occasionem liberandae Graeciae dimitterent. Nam si cum iis copiis, quas secum transportarat, interiisset Darius, non solum Europam fore [24] tutam, sed etiam eos, qui Asiam incolerent Graeci genere [25], liberos a Persarum futuros dominatione et periculo; id facile effici posse. Ponte enim rescisso regem vel hostium ferro vel inopia paucis diebus interiturum. Ad hoc consilium cum plerique accederent [26], Histiaeus Milesius, ne res conficeretur, obstitit [27], dicens non idem ipsis, qui summas imperii [28] tenerent, expedire et multitudini, quod Darii regno ipsorum niteretur [29] dominatio; quo exstincto ipsos potestate expulsos

---

inesperado. 19. Con valor de oración final. 20. *Custodes* predicado de *principes*. 21. "Los pueblos de lengua griega" (literal., "los que hablaban en lengua griega"). 22. *Tradere oppida tuenda*, "entregar las ciudades para ser defendidas", encargar la defensa de las ciudades. 23. "Por este tiempo". 24. *Fore, futuros (esse) posse, interiturum (esse)*, infinitivos de estilo indirecto, reproduciendo el discurso de Milcíades. 25. "Griegos de raza". 26. "Se mostraran conformes"; el uso de *accido* (literal. "acercarse") con este valor proviene de que en las votaciones del Senado romano los votantes se agrupaban alrededor de aquel cuya opinión seguían. 27. *Obstare ne*, "oponerse a que". 28. *Summas imperii* = *summum imperium*. 29. *Nitor* (como *utor, fruor, fungor, potior*) rige ablat. 30. Infini-

civibus suis poenas daturos. Itaque adeo se abhorrere [80] a ceterorum consilio, ut nihil putet ipsis utilius quam confirmari regnum Persarum. Huius cum sententiam plurimi essent secuti, Miltiades, non dubitans tam multis consciis ad regis aures consilia sua perventura, Chersonesum reliquit ac rursus Athenas demigravit. Cuius ratio [31] etsi non valuit, tamen magno opere est laudanda, cum [32] amicior omnium libertati, quam suae fuerit dominationi.



Soldado de la guardia de Darío.

(París, Museo del Louvre)

IV. Darius autem, cum ex Europa in Asiam redisset, hortantibus amicis, ut Graeciam redigeret in suam potestatem, classem quingentarum navium comparavit eique Datim praefecit et Artaphernem iisque ducenta peditum, decem equitum milia dedit, causam interserens [33] se hostem esse Atheniensibus, quod eorum auxilio Iones Sardeis [34] expugnassent suaque praesidia interfecissent. Illi praefecti regii, classe ad Euboeam appulsa, celeriter Eretriam ceperunt omnesque eius gentis cives abreptos [35] in Asiam ad regem miserunt. Inde ad Atticam accesserunt ac suas copias in campum Marathona [36] deduxerunt. Is abest ab oppido circiter milia passuum decem. Hoc tumultu Athenienses tam propinquo tamque magno permoti auxilium

---

tivo dependiendo de *dicens;* las palabras de Hipseo son reproducidas en estilo indirecto; nótese la correlación consecutiva *adeo... ut.* 31. Su proyecto de liberar las ciudades griegas de Asia. 32. *Cum* causal, "puesto que" (trad. el verbo en indicat.). 33. "Alegando como pretexto" (con una orac. de infin.). 34. *Sardeis,* acusat. plural; nótese que estas orac. causales están en subj. por pertenecer a un discurso en estilo indirecto. 35. "Hechos prisioneros". 36. Acusa-

nusquam nisi a Lacedaemoniis petiverunt[37] Phidippumque, cursorem eius generis, qui hemerodromoe[38] vocantur, Lacedaemonem miserunt, ut nuntiaret quam celeri opus esset auxilio. Domi autem creant decem praetores, qui exercitui praeessent, in eis Miltiadem. Inter quos magna fuit contentio, utrum moenibus se defenderent an obviam irent hostibus acieque decernerent[39]. Unus Miltiades maxime nitebatur, ut primo quoque tempore[40] castra fierent: id si factum esset, et civibus animum accessurum, cum viderent de eorum virtute non desperari[41], et hostes eadem re fore tardiores, si animadverterent auderi adversus se tam exiguis copiis dimicare.

V. Hoc in tempore nulla civitas Atheniensibus auxilio fuit praeter Plataeenses. Ea[42] mille misit militum. Itaque horum adventu decem milia armatorum completa sunt, quae manus mirabili flagrabat pugnandi cupiditate. Quo factum est, ut plus quam collegae Miltiades valeret. Eius ergo auctoritate impulsi Athenienses copias ex urbe eduxerunt locoque idoneo castra fecerunt. Dein postero die sub montis radicibus acie regione instructa non apertissima[43] (namque arbores multis locis erant rarae) proelium commiserunt hoc consilio, ut et montium altitudine tegerentur et arborum tractu[44] equitatus hostium impediretur. Datis, etsi non aequum locum videbat suis, tamen fretus numero copiarum suarum confligere cupiebat, eoque magis, quod[45], priusquam Lacedaemonii subsidio venirent, dimicare utile arbitrabatur. Itaque in aciem peditum centum[46], equitum decem milia produxit proeliumque commisit. In quo tanto plus virtute valuerunt Athenienses, ut[47]

---

tivo griego, aposición a *campum*. 37. Los verbos significando "pedir" se construyen con *ab* y ablat. ("pedir de alguien" en lugar de "pedir a alguien"). 38. Nominat. pl. (en griego ἡμεροδρόμοι, es decir, "que corren durante todo el día"). 39. *Acie decernere*, "entablar una batalla decisiva". 40. "Lo antes posible" (*quoque*, ablat. de *quisque*). 41. *Desperari*, *auderi*, infinit. pasivos con valor impersonal. 42. *Ea*, entiéndase *civitas*. 43. *Acie instructa regione non apertissima*, "formado el ejército en un paraje no muy abierto". 44. "Por la serie de árboles". 45. *Quod* explicando *eo*. 46. Entiéndase *milia*. 47. Nótense las correlaciones consecutivas, *tanto plus*... *ut*, *adeo*... *ut*.

decemplicem numerum hostium profligarint, adeoque eos perterruerint, ut Persae non castra, sed naves petierint. Qua pugna nihil adhuc exstitit nobilius; nulla enim umquam tam exigua manus tantas opes prostravit.

VI. Cuius victoriae [48] non alienum videtur, quale praemium Miltiadi sit tributum docere, quo [49] facilius intellegi possit eandem omnium civitatum esse naturam. Ut enim populi nostri honores quondam fuerunt rari et tenues ob eamque causam gloriosi, nunc autem effusi atque obsoleti, sic [50] olim apud Athenienses fuisse reperimus. Namque huic Miltiadi, qui Athenas totamque Graeciam liberarat, talis honos tributus est, in porticu *, quae Poecile [51] vocatur, cum pugna depingeretur Marathonia, ut [52] in decem praetorum numero prima eius imago poneretur, isque hortaretur [53] milites proeliumque committeret. Idem ille populus, posteaquam maius imperium est nactus et largitione magistratuum corruptus est, trecentas statuas Demetrio Phalereo decrevit.

VII. Post hoc proelium classem septuaginta navium Athenienses eidem Miltiadi dederunt, ut insulas, quae barbaros adiuverant, bello persequeretur. Quo imperio [54] plerasque ad officium redire coegit, nonnullas vi expugnavit. Ex his Parum insulam opibus elatam [55] cum oratione reconciliare non posset, copias e navibus eduxit, urbem operibus clausit omnique commeatu privavit, dein vineis * ac testudinibus * constitutis propius muros accessit. Cum iam in eo esset [56], ut oppido potiretur, procul in continenti lucus, qui ex insula conspiciebatur, nescio quo casu nocturno tempore incensus est. Cuius flamma ut ab oppidanis et oppugnatoribus est visa, utrisque venit in opinionem [57]

48. *Cuius victoriae*, complemento de *praemium*. 49. *Quo* = *ut eo*, "a fin de que con ello". 50. En correlación con el *ut* anterior: "del mismo modo que... así...". 51. Nominat. sing. (declinación grecolatina). Se trata de un famoso pórtico, decorado con pinturas de Polignoto, que más tarde fué lugar de reunión de los filósofos estoicos, que de él tomaron su nombre (στοά, "pórtico"). 52. *Ut... poneretur*, explicando *talis honos*. 53. "Representándole en el acto de arengar a los soldados y..." 54. "En cuyo mando", o sea, al frente de esta escuadra. 55. "Ensoberbecida por sus riquezas". 56. "Estuviera a punto de..." 57. *Venit in opinionem utrisque*, "a

signum a classiariis regiis datum. Quo factum est, ut et Parii a deditione deterrerentur et Miltiades, timens ne classis regia adventaret, incensis operibus, quae statuerat, cum totidem navibus atque [58] erat profectus Athenas magna cum offensione civium suorum rediret. Accusatus est ergo proditionis [59], quod, cum Parum expugnare posset, a rege corruptus infectis rebus discessisset. Eo tempore aeger erat vulneribus, quae in oppugnando oppido acceperat. Itaque cum ipse pro se dicere [60] non posset, verba fecit frater eius Stesagoras. Causa cognita, capitis absolutus [59] pecunia multatus est, eaque lis quinquaginta talentis aestimata est [61], quantus in classem sumptus factus erat. Hanc pecuniam quod solvere in praesentia non poterat, in vincla publica coniectus est ibique diem obiit supremum.


VIII. Hic etsi crimine Pario est accusatus, tamen alia causa fuit damnationis. Namque Athenienses propter Pisistrati tyrannidem, quae paucis annis ante fuerat, nimiam civium suorum potentiam extimescebant. Miltiades, multum in imperiis magistratibusque versatus, non videbatur posse esse privatus, praesertim cum consuetudine ad imperii cupiditatem trahi videretur. Nam Chersonesi omnes illos, quos habitarat annos [62], perpetuam obtinuerat dominationem tyrannusque* fuerat appellatus, sed iustus. Non erat enim vi consecutus [63], sed suorum voluntate, eamque potestatem bonitate retinebat. Omnes autem et dicuntur et habentur tyranni, qui potestate sunt perpetua in ea civitate, quae libertate usa est. Sed in Miltiade erat cum summa humanitas, tum mira communitas, ut nemo tam humilis esset, cui non ad eum aditus pateret; magna auctoritas apud omnes civitates, nobile nomen, laus rei militaris maxima. Haec populus respiciens maluit illum innoxium plecti [64] quam se diutius esse in timore.

---

unos y a otros les asaltó la sospecha". 58. *Atque* después de una palabra comparativa *(totidem)* "que", "como". 59. Los verbos judiciales *accusare*, "acusar", *damnare*, "condenar", etc. pueden regir genitivo (véase Gram., § 295). 60. *Dicere pro aliquo*, "defender a alguien" (hablar en defensa de alguien). 61. "Su responsabilidad fué estimada en cincuenta talentos"; *aestimare litem* significa fijar la multa que se debe imponer al condenado. 62. Constrúyase: *nam*

THEMISTOCLES

I. Themistocles, Neocli filius, Atheniensis. Huius vitia ineuntis adulescentiae magnis sunt emendata virtutibus, adeo ut anteferatur huic nemo, pauci pares putentur. Sed ab initio est ordiendus. Pater eius Neocles generosus fuit. Is uxorem Acarnanam civem duxit [1], ex qua natus est Themistocles. Qui cum minus esset probatus parentibus, quod et liberius [2] vivebat et rem familiarem neglegebat, a patre exheredatus est. Quae contumelia non fregit eum, sed erexit. Nam cum iudicasset sine summa industria non posse eam [3] exstingui, totum se dedidit rei publicae, diligentius amicis famaeque serviens. Multum in iudiciis privatis versabatur, saepe in contionem * populi prodibat; nulla res maior [4] sine eo gerebatur; celeriter, quae opus erant, reperiebat, facile eadem oratione explicabat; neque minus in rebus gerendis promptus quam excogitandis erat [5], quod et de instantibus, ut ait Thucydides, verissime iudicabat et de futuris callidissime coniciebat. Quo factum est, ut brevi tempore illustraretur.



Temistocles

II. Primus autem gradus fuit capessendae rei publicae [6] bello Corcyraeo; ad quod gerendum praetor a populo factus non solum praesenti bello, sed etiam reliquo tem-

---

omnes illos annos (acusat. de duración), *quos habitarat Chersonesi* (locativo). 63. Entiéndase *dominationem*. 64. "Ser castigado" (sujeto, *illum innoxium*).

XIX. 1. Véase pág. 52, nota 3; *civis* puede referirse a una mujer. 2. Comparativo de intensidad (Gram., § 68). 3. Es decir, *contumeliam*. 4. "Ningún asunto de alguna importancia" (comparativo de intensidad). 5. Construyase: *neque erat minus promptus in rebus gerendis quam (in rebus) excogitandis* (por el gerundivo véase página 28, nota 7). 6. "El primer paso en su carrera política" (*capessere rem publicam*, "intervenir en el gobierno del Estado").

pore ferociorem[7] reddidit civitatem. Nam cum pecunia publica, quae ex metallis redibat, largitione magistratuum quotannis interiret, ille persuasit populo, ut ea pecunia classis centum navium aedificaretur. Qua celeriter effecta primum Corcyraeos fregit, deinde maritimos praedones consectando mare tutum reddidit. In quo cum divitiis ornavit, tum etiam peritissimos[8] belli navalis fecit Athenienses. Id quantae saluti fuerit universae Graeciae, bello cognitum est Persico. Nam cum Xerxes et mari et terra bellum universae inferret Europae, cum tantis copiis quantas neque ante neque postea habuit quisquam: (huius enim classis mille et ducentarum navium longarum * fuit, quam duo milia onerariarum * sequebantur, terrestris autem exercitus septingenta milia peditum, equitum quadringenta milia fuerunt)[9], huius de adventu cum fama in Graeciam esset perlata et maxime Athenienses peti dicerentur propter pugnam Marathoniam, miserunt Delphos * consultum[10], quidnam facerent de rebus suis. Deliberantibus Pythia * respondit, ut moenibus ligneis se munirent. Id responsum quo valeret, cum intellegeret nemo[11], Themistocles persuasit consilium esse Apollinis *, ut in naves se suaque conferrent: eum enim a deo significari murum ligneum. Tali consilio probato addunt ad superiores totidem naves triremes * suaque omnia, quae moveri poterant[12], partim Salamina, partim Troezena deportant; arcem sacerdotibus paucisque maioribus natu ad sacra procuranda tradunt, reliquum oppidum relinquunt.

III. Huius consilium plerisque civitatibus displicebat et in terra dimicari magis placebat. Itaque missi sunt delecti cum Leonida, Lacedaemoniorum rege, qui[13] Thermopylas occuparent longiusque barbaros * progredi non pa-

7. *Ferociorem*, "más confiada en sus propias fuerzas", predicado de *civitatem*. 8. *Peritus* rige genitivo. 9. Este largo paréntesis ha interrumpido el período; la idea expresada por la circunstancial *cum Xerxes... inferret*, etc., se reanuda en *cum fama de huius adventu in Graeciam esset perlata*. 10. Supino, compárese con MILTIADES, nota 5. 11. Constr.: *cum nemo intellegeret quo* (adverbio) *id responsum valeret* (*quo valeret*, "a qué se refería"). 12. *Quae moveri poterant*, perífrasis por "sus bienes muebles". 13. Orac. de relativo

terentur. Hi vim hostium non sustinuerunt eoque loco omnes interierunt. At classis communis Graeciae trecentarum navium, in qua ducentae erant Atheniensium, primum apud Artemisium, inter Euboeam continentemque terram cum classiariis regiis conflixit. Angustias [14] enim Themistocles quaerebat, ne multitudine circumiretur. Hic etsi pari proelio [15] discesserant, tamen eodem loco non sunt ausi manere, quod erat periculum, ne [16], si pars navium adversariorum Euboeam superasset, ancipiti premerentur periculo [17]. Quo factum est, ut ab Artemisio discederent et exadversum Athenas apud Salamina classem suam constituerent.


Soldado griego luchando con un persa.

IV. At Xerxes Thermopylis expugnatis protinus accessit astu [18] idque, nullis defendentibus, interfectis sacerdotibus, quos in arce * invenerat, incendio delevit. Cuius flamma perterriti classiarii cum manere non auderent et plurimi hortarentur, ut domos suas discederent moenibusque se defenderent, Themistocles unus restitit et universos pares esse posse aiebat, dispersos testabatur perituros, idque Eurybiadi, regi Lacedaemoniorum, qui tum summae imperii [19] praeerat, fore affirmabat. Quem cum minus quam vellet moveret [20], noctu de servis suis, quem habuit fidelissimum ad regem misit, ut ei nuntiaret suis verbis [21], adversarios eius in fuga esse: qui si discessisent, maiore cum labore et longinquiore tempore bellum confecturum, cum singulos consectari cogeretur; quos si statim aggrederetur, brevi universos oppressurum [22]. Hoc

---

con valor final (verbos en subj.). 14. *Angustiae* significa normalmente "desfiladeros"; aquí, aplicado al mar, "estrechos". 15. *Pari proelio,* "con éxito indeciso"; se dice también *aequo Marte.* 16. *Quod erat periculum, ne* "porque había el peligro de que". 17. Se exponían a ser atacados de frente y por la espalda. 18. *Astu,* en griego, ciudad" (ἄστυ), aplicado siempre a Atenas, la ciudad por excelencia, como en latín *urbs* designa normalmente a Roma. 19. *Summae imperii* = *summo imperio.* 20. "Convenciese". 21. "En su nombre", de

eo valebat[23], ut ingratis ad depugnandum omnes cogerentur. Hac re audita barbarus *, nihil doli subesse credens, postridie alienissimo[24] sibi loco, contra opportunissimo hostibus adeo angusto mari conflixit, ut eius multitudo navium explicari non potuerit. Victus ergo est magis etiam consilio Themistoclis quam armis Graeciae.

V. Hic etsi male rem gesserat, tamen tantas habebat reliquias copiarum, ut etiam tum iis opprimere posset hostes; iterum ab eodem gradu depulsus est[25]. Nam Themistocles, verens ne bellare perseveraret, certiorem eum fecit[26] id agi, ut pons, quem ille in Hellesponto fecerat, dissolveretur ac reditu in Asiam excluderetur, idque ei persuasit. Itaque qua sex mensibus iter fecerat, eadem minus diebus triginta in Asiam reversus est seque a Themistocle non superatum, sed conservatum iudicavit. Sic unius viri prudentia Graecia liberata est Europaeque succubuit Asia. Haec est altera[27] victoria, quae cum Marathonio possit comparari tropaeo. Nam pari modo apud Salamina parvo numero navium maxima post hominum memoriam classis est devicta.

VI. Magnus hoc bello Themistocles fuit neque minor in pace. Cum enim Phalerico portu neque magno neque bono Athenienses uterentur, huius consilio triplex Piraei portus constitutus est isque moenibus circumdatus, ut ipsam urbem dignitate[28] aequiperaret, utilitate superaret. Idem muros Atheniensium restituit praecipuo suo periculo. Namque Lacedaemonii causam idoneam[29] nacti propter barbarorum * excursiones, qua[30] negarent oportere extra

---

su parte. 22. Nótense estos infinitivos de estilo indirecto. 23. Véase nota 11; *ingratis*, "a pesar suyo". 24. "Muy desventajoso". 25. *Gradu depulsus est*, "fué obligado a dejar su posición" (a retirarse); es una metáfora tomada de la lengua de los gladiadores; *gradus* es la posición que un gladiador ocupa o intenta ocupar en su lucha contra el adversario. 26. *Certiorem aliquem facere* (seguido de orac. de infinitivo), "informar a alguien de que..." (véase pág. 58, nota 4); *id agi*, "de lo que se trataba era de...", explicado por *ut... dissolveretur*. 27. *Alter* significa también "segundo". 28. "En grandiosidad". 29. *Causam idoneam*, "un pretexto plausible". 30. *Qua*, referido a *causam;* recuérdese que *negare* no significa "negar" *(denegare)*, sino "decir que no" (véase pág. 31, nota 3), y como los

Peloponnesum ullam urbem muros habere, ne essent loca munita, quae hostes possiderent, Athenienses aedificantes[31] prohibere sunt conati. Hoc longe alio spectabat atque[32] videri volebant. Athenienses enim duabus victoriis, Marathonia et Salaminia, tantam gloriam apud omnes gentes erant consecuti, ut intellegerent Lacedaemonii de principatu sibi cum iis certamen fore. Quare eos quam infirmissimos esse volebant. Postquam autem audierunt muros instrui, legatos Athenas miserunt, qui id fieri vetarent. His praesentibus desierunt ac se de ea re[33] legatos ad eos missuros dixerunt. Hanc legationem suscepit Themistocles et solus primo profectus est; reliqui legati ut tum exirent, cum satis altitudo muri exstructa videretur, praecepit[34]: interim omnes, servi atque liberi, opus facerent neque ulli loco parcerent, sive sacer sive profanus sive privatus esset sive publicus, et undique, quod idoneum ad muniendum putarent, congererent. Quo factum est, ut Atheniensium muri ex sacellis sepulcrisque constarent.

VII. Themistocles autem, ut Lacedaemonem venit, adire ad magistratus noluit et dedit operam[35], ut quam longissime tempus duceret, causam[36] interponens se collegas exspectare. Cum Lacedaemonii quererentur opus nihilo minus fieri eumque in ea re conari fallere, interim reliqui legati sunt consecuti. A quibus cum audisset non multum superesse[37] munitionis, ad ephoros * Lacedaemoniorum accessit, penes quos summum erat imperium, atque apud eos contendit falsa iis esse delata: quare aequum esse illos viros bonos nobilesque mittere, quibus fides haberetur, qui rem explorarent; interea se obsidem[38] retinerent. Gestus est ei mos[39], tresque legati functi summis

verbos de "decir" lleva una orac. de infinit. 31. *Athenienses aedificantes prohibere* = *prohibere ne Athenienses aedificarent.* 32. *Atque* después de una palabra de valor comparativo (aquí el adv. *alio*, "a otro lugar") se trad. por "que", "como" (véase pág. 85, nota 58); "tenía una finalidad distinta de la que querían aparentar". 33. *De ea re*, "para tratar de esta cuestión". 34. Constr.: *praecepit ut reliqui legati tum exirent, cum.* 35. *Dare operam ut*, "procurar que". 36. *Causam*, en el mismo sentido que más arriba (nota 29). 37. "No faltar mucho". 38. *Obsidem*, predicado de *se*, "en calidad

honoribus[40] Athenas missi sunt. Cum his collegas suos Themistocles iussit proficisci iisque praedixit, ut ne prius Lacedaemoniorum legatos dimitterent, quam ipse esset remissus. Hos postquam Athenas pervenisse ratus est, ad magistratum senatumque Lacedaemoniorum accessit et apud eos liberrime professus est[41]: Athenienses suo consilio, quod communi iure gentium facere possent, deos publicos suosque patrios ac penates[42] *, quo facilius ab hoste possent defendere muris saepsisse neque in eo, quod inutile esset Graeciae, fecisse. Nam illorum urbem ut propugnaculum oppositum esse barbaris *, apud quam iam bis classes regias fecisse naufragium. Lacedaemonios autem male et iniuste facere, qui id potius intuerentur, quod ipsorum dominationi, quam quod universae Graeciae utile esset. Quare, si suos legatos recipere vellent, quos Athenas miserant, se remitterent; aliter illos numquam in patriam essent recepturi.

VIII. Tamen non effugit civium suorum invidiam. Namque ob eundem timorem, quo damnatus erat Miltiades, testularum[43] suffragiis e civitate eiectus Argos habitatum concessit. Hic cum propter multas eius virtutes magna cum dignitate viveret, Lacedaemonii legatos Athenas miserunt, qui eum absentem accusarent, quod societatem cum rege Perse[44] ad Graeciam opprimendam fecisset. Hoc crimine absens proditionis damnatus est[45]. Id ut audivit, quod non satis tutum se Argis videbat, Corcyram demigravit. Ibi cum eius principes civitatis animadvertisset timere, ne propter se bellum iis Lacedaemonii et

---

de". 39. *Morem gerere alicui,* "acceder a los deseos de alguien". 40. *Functi summis honoribus,* "que habían desempeñado las más altas magistraturas" (véase pág. 55, nota 22). 41. De *profiteor,* "declaró con toda franqueza". 42. Nótese la gradación: *deos publicos,* los de toda la Grecia; *suos patrios,* los de su patria (el Ática); *penates,* los dioses de cada familia. 43. En Atenas, cuando un ciudadano se hacía sospechoso de querer ejercer una tiranía, se le desterraba por diez años; se llamaba a este destierro "ostracismo", del nombre de las conchas de tierra cocida (ὄστρακα, en latín *testulae*), en las que los votantes escribían el nombre del acusado. 44. Ablativo en *-e* en vez de *Persa* (declinación grecolatina, véase Gram., § 52). 45. Véase pág. 85, nota 59. 46. "Con el que tenía (*ei erat,* dat. po-

Athenienses indicerent, ad Admetum, Molossum regem, cum quo ei hospitium * erat [46], confugit. Huc cum venisset et in praesentia rex abesset, quo [47] maiore religione se receptum tueretur, filiam eius parvulam arripuit et cum ea se in sacrarium, quod summa colebatur caerimonia, coniecit. Inde non prius egressus est, quam rex eum data dextra in fidem [48] reciperet, quam praestitit. Nam cum ab Atheniensibus et Lacedaemoniis exposceretur publice, supplicem non prodidit monuitque, ut consuleret sibi: difficile enim esse in tam propinquo loco tuto eum versari. Itaque Pydnam eum deduci iussit et, quod satis esset praesidii [49], dedit. Hic in navem omnibus ignotus nautis escendit. Quae cum tempestate maxima Naxum ferretur, ubi tum Atheniensium erat exercitus, sensit Themistocles, si eo pervenisset, sibi esse pereundum. Hac necessitate coactus domino navis, quis sit [50], aperit, multa pollicens, si se conservasset. At ille clarissimi viri captus misericordia diem noctemque procul ab insula in salo navem tenuit in ancoris neque quemquam ex ea exire passus est. Inde Ephesum pervenit ibique Themistoclen [51] exponit [52]. Cui ille pro meritis postea gratiam rettulit.



Ofrenda de tributos a Jerjes
(Relieve del Palacio de Persépolis)

IX. Scio plerosque ita scripsisse, Themistoclen Xerxe regnante in Asiam transisse. Sed ego potissimum Thucydidi credo, quod et aetate proximus de iis, qui illorum temporum historiam reliquerunt, et eiusdem civitatis fuit. Is autem ait ad Artaxerxen [51] eum venisse atque his verbis

sesivo) relaciones de hospitalidad" *(hospitium)*; la hospitalidad era muy respetada entre los antiguos, y faltar a ella se consideraba un grave delito contra los dioses. 47. Conj. final; el sujeto de *tueretur* es *rex*. 48. *Data dextra*, como prenda de fidelidad; *in fidem*, "bajo su protección". 49. Genit. partitivo dependiendo de *satis*. 50. Oración interrogativa indirecta, completiva de *aperit*. 51. Acusativo

epistulam misisse: "Themistocles [53] veni ad te, qui plurima mala hominum Graiorum in domum tuam intuli, quamdiu mihi necesse fuit adversus patrem tuum bellare patriamque meam defendere. Idem multo plura bona feci, post quam in tuto ipse [54] et ille in periculo esse coepit. Nam cum in Asiam reverti vellet proelio apud Salamina facto, litteris eum certiorem feci id agi [55], ut pons, quem in Hellesponto fecerat, dissolveretur atque ab hostibus circumiretur, quo nuntio ille periculo est liberatus. Nunc autem confugi ad te, exagitatus a cuncta Graecia, tuam petens amicitiam; quam si ero adeptus, non minus me bonum amicum habebis, quam fortem inimicum ille expertus est. Te autem rogo, ut de iis rebus, quas tecum colloqui volo, annuum mihi tempus [56] des eoque transacto ad te venire patiaris."

X. Huius rex animi magnitudinem admirans cupiensque talem virum sibi conciliari veniam dedit. Ille omne illud tempus litteris sermonique Persarum se dedidit; quibus adeo eruditus est, ut multo commodius dicatur apud regem verba fecisse, quam ii poterant, qui in Perside erant nati. Hic cum multa regi esset pollicitus gratissimumque illud [57], si suis uti consiliis vellet, illum Graeciam bello oppressurum, magnis muneribus ab Artaxerxe donatus [58] in Asiam rediit domiciliumque Magnesiae sibi constituit. Namque hanc urbem ei rex donarat, his quidem verbis [59], quae ei panem praeberet — ex qua regione quinquaginta talenta * quotannis redibant, — Lampsacum autem, unde vinum sumeret, Myunta, ex qua obsonium haberet. Huius ad nostram memoriam monumenta manserunt duo, sepulcrum prope oppidum, in quo est sepultus [60], statua in foro * Magnesiae. De cuius morte multimodis apud plerosque scriptum est, sed nos eundem potissimum Thucydidem auc-

---

griego (Gram. § 52). 52. "Desembarca". 53. Aposición a *ego*, sujeto de *veni:* "yo, Temístocles". 54. *Ipse*, "yo" (entiéndase *esse coepi*). 55. Véase más arriba, cap. V. 56. "Un año de tiempo". 57. "Y la más grata de todas". 58. Por la construcción de *donare*, véase pág. 33, nota 14. 59. "En estos términos". 60. O sea, Atenas. 61. Entiéndase *esse*. 62. *Quoniam... damnatus*, explicando *clam*.

torem probamus, qui illum ait Magnesiae morbo mortuum [61] neque negat fuisse famam, venenum sua sponte sumpsisse, cum se, quae regi de Graecia opprimenda pollicitus esset, praestare posse desperaret. Idem ossa eius clam in Attica ab amicis sepulta, quoniam legibus non concederetur, quod proditionis esset damnatus [62], memoriae prodidit.


CAYO JULIO CÉSAR

INSTITUCIONES Y COSTUMBRES DE LOS GALOS ANTES DE LA CONQUISTA ROMANA

I. Descripción de la Galia

Gallia est omnis divisa in partes tres, quarum unam incolunt Belgae, aliam Aquitani, tertiam qui ipsorum lingua Celtae, nostra [1] Galli appellantur. Hi omnes lingua, institutis, legibus inter se differunt. Gallos ab Aquitanis Garumna flumen, a Belgis Matrona et Sequana dividit [2].

Horum omnium fortissimi sunt Belgae, propterea quod a cultu atque humanitate [3] Provinciae [4] longissime absunt, minimeque [5] ad eos mercatores saepe commeant atque ea, quae ad effeminandos animos pertinent [6], important, proximique sunt Germanis [7], qui trans Rhenum incolunt, quibuscum continenter bellum gerunt. Qua de causa [8] Helvetii quoque reliquos Gallos vir-



Julio César
(Nápoles, Museo Nacional)

I. 1. Entiéndase *lingua*. 2. El verbo concierta sólo con el sujeto más próximo. 3. *Cultus*, manera de vivir (con idea de refinamiento), civilización; *humanitas*, cultura. 4. *Provinciae*, la parte de la Galia sometida ya de antiguo a la dominación romana, o sea lo que hoy llamamos Provenza. 5. *Minime* referido a *saepe*, "muy pocas veces". 6. *Pertinent ad*, "tienden a"; por la construcción de gerundivo, véase pág. 28, nota 7; las mercancías aludidas son, principalmente, el vino y el aceite, desconocidos en el Norte. 7. Los adjetivos indicando proximidad rigen dativo. 8. "Por la misma ra-

tute praecedunt, quod fere cotidianis proeliis cum Germanis contendunt, cum aut suis finibus [9] eos prohibent [10], aut ipsi in eorum finibus bellum gerunt.

Eorum [11] una pars, quam Gallos obtinere dictum est, initium capit a flumine Rhodano; continetur [12] Garumna flumine, Oceano, finibus Belgarum; attingit etiam ab [13] Sequanis et Helvetiis flumen Rhenum; vergit ad septentriones. Belgae ab extremis Galliae finibus oriuntur [14]; pertinent [15] ad inferiorem partem fluminis Rheni; spectant in septentrionem et orientem solem. Aquitania a Garumna flumine ad Pyrenaeos montes et eam partem Oceani, quae est ad Hispaniam, pertinet; spectat inter occasum solis et septentriones [16].

II. Instituciones de los galos. Clases sociales. Los Druidas

In omni Gallia eorum hominum, qui aliquo sunt numero atque honore [1], genera sunt duo. Nam plebes paene servorum habetur loco [2], quae nihil audet per se, nullo adhibetur consilio [3]. Plerique, cum [4] aut aere alieno, aut magnitudine tributorum, aut iniuria potentiorum premuntur,

---

zón"; es uno de los casos en que la prepos. suele intercalarse entre el pronombre-adjetivo y el substantivo; otros ejemplos son *quam ad rem, his de causis, qua ex parte, qua in re*, etc. 9. El pl. *fines, ium,* tiene dos sentidos principales: 1.°, territorio, país; 2.°, fronteras; el primero es el más frecuente en César. 10. *Prohibere,* apartar a alguien de algo, impedirle hacer algo, se construye con ablat. de separación. 11. Es decir, los tres pueblos mencionados antes; se reanuda la descripción de la Galia, interrumpida por el párrafo anterior. 12. "Está limitada". 13. *Ab,* "por el lado de". 14. *Oriri,* propiamente significa "nacer"; aquí, "empezar" *(initium capiunt)*. 15. *Pertinent ad,* término de las descripciones geográficas, "se extienden hasta". 16. Al NO. Estas orientaciones son defectuosas, pero su error se explica por la imperfecta idea que se tenía de la configuración de Europa.

II. 1. *Numerus,* "rango"; *honos,* "consideración". Son ablat. de descripción con el verbo *esse*. 2. *Plebes habetur paene servorum loco,* "la condición de la plebe es casi la de los esclavos"; por la expresión, véase pág. 57, nota 38. 3. *Consilio,* "deliberación", dativo, complem. de *adhibetur*. 4. *Cum* con indicat. tiene valor pura-

sese in servitutem dicant[5] nobilibus, quibus[6] in hos eadem omnia sunt iura quae dominis in servos.

Sed de his duobus generibus alterum est Druidum *, alterum Equitum. Illi rebus divinis[7] intersunt, sacrificia publica ac privata procurant, religiones[8] interpretantur: ad eos magnus adulescentium numerus disciplinae causa[9] concurrit, magnoque hi sunt apud eos[10] honore. Nam fere de omnibus controversiis publicis privatisque constituunt, et, si quod[11] est admissum facinus, si caedes facta, si de hereditate, si de finibus controversia est, iidem decernunt, praemia poenasque constituunt; si qui[11] aut privatus aut populus eorum decreto non stetit[12], sacrificiis interdicunt. Haec poena apud eos est gravissima. Quibus[13] ita est interdictum, hi numero impiorum ac sceleratorum habentur[14], his omnes decedunt, aditum sermonemque defugiunt, ne quid[11] ex contagione incommodi accipiant, neque his petentibus[15] ius redditur neque honos ullus communicatur.

His autem omnibus Druidibus praeest unus, qui summam inter eos habet auctoritatem. Hoc mortuo, aut, si qui[11] ex reliquis excellit dignitate, succedit, aut, si sunt plures pares, suffragio[16] Druidum, nonnumquam etiam armis de principatu contendunt. Hi certo anni tempore in finibus Carnutum, quae regio totius Galliae media[17] habetur, considunt in loco consecrato. Huc omnes undique qui controversias habent conveniunt, eorum decretis iudiciisque parent. Disciplina in Britannia reperta atque inde in

---

mente temporal "cuando". 5. De *dico, as, are,* "declarar", "dedicar"; *se dicare alicui in servitutem,* "hacerse esclavo de alguien". 6. *Quibus,* dativo posesivo con *sunt* (Gram., § 283); *in hos,* sobre los que se declaran sus esclavos. 7. *Rebus divinis,* "el culto". 8. *Religio* no significa "religión", sino "prácticas religiosas", "escrúpulos", "supersticiones"; aquí, prescripciones y prácticas religiosas. 9. *Disciplinae causa* = *discendi causa,* véase pág. 54, nota 15. 10. *Apud eos* = *apud Gallos.* 11. El indef. simple *quis, quid* o *quod* en lugar del compuesto *aliquis, -id, -od,* se suele encontrar después de las partículas *si, sive, seu, nisi, num, ne,* etc. 12. "No obedece su decisión". 13. El antecedente está en la orac. siguiente. 14. Véase más arriba nota 2. 15. Trad. el participio por una orac. condicional. 16. Dependiendo también de *contendunt.* 17. "El centro". 18. *Illo,* adv., "a allí" = *in Britanniam.*

Galliam translata esse existimatur; et nunc, qui diligentius eam rem cognoscere volunt, plerumque illo [18] discendi causa proficiscuntur.

III. Privilegios, dogmas y ciencia de los Druidas

Druides * a bello abesse consuerunt, neque tributa una cum [1] reliquis pendunt; militiae vacationem omniumque rerum habent immunitatem. Tantis excitati praemiis, et sua sponte multi in disciplinam [2] conveniunt et a parentibus propinquisque mittuntur.

Magnum ibi numerum versuum [3] ediscere dicuntur: itaque annos nonnulli vicenos [4] in disciplina permanent. Neque fas esse existimant ea litteris mandare, cum [5] in reliquis fere rebus, publicis privatisque rationibus [6], Graecis litteris utantur. Id mihi duabus de causis instituisse videntur, quod neque in vulgum disciplina efferi [7] velint, neque eos, qui discunt, litteris confisos minus memoriae studere; quod fere plerisque accidit, ut praesidio litterarum diligentiam in perdiscendo [8] ac memoriam remittant.

In primis hoc volunt persuadere, non interire animas, sed ab aliis post mortem transire ad alios [9], atque hoc [10] maxime ad virtutem excitari putant, metu mortis neglecto. Multa praeterea de sideribus atque eorum motu, de mundi ac terrarum magnitudine, de rerum natura [11], de deorum immortalium vi ac potestate disputant et iuventuti tradunt.

III. 1. *Una cum*, "junto con". 2. "Para ser sus discípulos". 3. La doctrina druídica estaba redactada en versos; la versificación, por su forma precisa y fácil de retener en la memoria, fué usada con frecuencia en la antigüedad para la exposición de doctrinas religiosas, filosóficas o morales. 4. Se usa el distributivo en lugar del cardinal *viginti* porque son veinte años "cada uno". 5. *Cum* concesivo (verbo en subj.), "a pesar de que". 6. *Rationibus*, "cuentas, registros". 7. *In vulgum efferri*, "divulgarse". 8. *Perdiscendo;* el prefijo *per* expresa el resultado acabado de una acción: *discere*, "aprender", *perdiscere*, "aprender a fondo". 9. Según Valerio Máximo, la creencia de los galos en la vida ultraterrena era tan firme, que a veces tomaban dinero en préstamo a condición de devolverlo en la otra vida. 10. Ablat. instrumental. 11. *Rerum natura*, "la Naturaleza".

IV. Los Caballeros

Alterum genus est Equitum. Hi, cum est usus [1] atque aliquod bellum incidit — quod fere ante Caesaris adventum quotannis accidere solebat, uti [2] aut ipsi iniurias inferrent, aut illatas propulsarent — omnes in bello versantur; atque eorum ut quisque [3] est genere copiisque amplissimus, ita plurimos circum se ambactos * clientesque * habet. Hanc unam [4] gratiam potentiamque noverunt.



Dios galo
(Museo de Saint-Germain-en-Laye)

V. Sacrificios humanos

Natio est omnium Gallorum admodum dedita religionibus [1], atque, ob eam causam, qui sunt affecti gravioribus morbis, quique in proeliis periculisque versantur, aut pro [2] victimis homines immolant aut se immolaturos vovent, administrisque [3] ad ea sacrificia Druidibus * utuntur, quod, pro [4] vita hominis nisi hominis vita reddatur, non posse deorum immortalium numen placari arbitrantur; publiceque [5] eiusdem generis habent instituta [6] sacrificia.

Alii [7] immani magnitudine simulacra habent, quorum contexta viminibus membra vivis hominibus complent; qui-

---

IV. 1. *Cum est usus,* "cuando es necesario" (nótese *cum* temporal, con indicat.). 2. *Uti* (= *ut*), dependiendo de *accidere.* 3. *Ut quisque eorum est... ita,* "según lo que cada uno de ellos es... así...". 4. *Unus* en el sentido de "único", "solo".

V. 1. *Religionibus,* "supersticiones", véase más arriba, cap. II, nota 8. 2. *Pro,* "como", "en lugar de". 3. Predicativo de *Druidibus,* "como ministros". 4. *Pro,* "a cambio de". 5. *Publice,* "en nombre del Estado". 6. *Habent instituta;* la perífrasis con *habere* ex-

bus succensis, circumventi flamma exanimantur homines. Supplicia eorum, qui in furto aut in latrocinio aut aliqua noxa sint comprehensi, gratiora [8] dis immortalibus esse arbitrantur; sed, cum eius generis copia defecit, etiam ad innocentium supplicia descendunt.

VI. Los dioses galos

Deum [1] maxime Mercurium [2] colunt: huius sunt plurima simulacra; hunc omnium inventorem artium ferunt [3], hunc viarum atque itinerum [4] ducem, hunc ad quaestus pecuniae mercaturasque habere vim maximam arbitrantur. Post hunc, Apollinem et Martem et Iovem et Minervam. De his eandem fere quam reliquae gentes habent opinionem: Apollinem morbos depellere, Minervam operum atque artificiorum initia [5] tradere, Iovem imperium caelestium tenere, Martem bella regere. Huic, cum proelio dimicare constituerunt, ea, quae bello ceperint, plerumque [6] devovent; cum superaverunt, animalia [7] capta immolant reliquasque res in unum locum conferunt.

Multis in civitatibus [8] harum rerum exstructos tumulos locis consecratis conspicari licet; neque saepe accidit ut, neglecta quispiam religione, aut capta [9] apud se occultare aut posita [10] tollere auderet, gravissimumque ei rei supplicium cum cruciatu constitutum est.

---

presa la posesión de un resultado adquirido e insiste sobre la duración de este resultado; de ella procede el uso castellano de formar los tiempos compuestos con el auxiliar "haber". 7. *Alii,* algunos pueblos galos. 8. Más gratos que los sacrificios en que se inmolan inocentes.

VI. 1. *Deum,* genit. plural (véase Gram., § 24, 3.°), dependiendo del superlat. *maxime.* 2. César designa los dioses galos con nombres romanos, según la analogía de sus funciones y atributos. 3. *Ferunt,* "dicen", "consideran". 4. *Via* es el camino, *iter* el viaje. 5. *Operum,* "oficios"; *artificiorum,* "artes"; *initia,* "principios". 6. "Habitualmente". 7. *Animalia,* "seres vivos" (hombres y animales). 8. *Civitas* es la asociación de los habitantes de una misma región, regidos por las mismas leyes y sometidos a una misma organización; debe distinguirse de *urbs,* "ciudad", y *oppidum,* "plaza fuerte". 9. "El botín". 10. *Posita,* la parte del botín consagrada a los dioses.

VII. Origen mítico de los Galos. Costumbres particulares

Galli se omnes ab Dite patre[1] prognatos praedicant, idque ab Druidibus * proditum dicunt. Ob eam causam spatia omnis temporis[2] non numero dierum, sed noctium finiunt[3]; dies natales et mensium et annorum initia sic observant[4], ut noctem dies subsequatur[5]. In reliquis vitae institutis, hoc fere ab reliquis differunt, quod suos liberos, nisi cum adoleverunt, ut[6] munus militiae sustinere possint, palam ad se adire non patiuntur, filiumque puerili aetate[7] in publico in conspectu patris assistere turpe ducunt[8].

VIII. Matrimonio, familia, honras fúnebres

Viri, quantas pecunias ab uxoribus dotis nomine[1] acceperunt, tantas ex suis bonis, aestimatione facta, cum dotibus communicant[2]. Huius omnis pecuniae coniunctim ratio habetur[3] fructusque[4] servantur; uter eorum vita superavit, ad eum pars utriusque cum fructibus superiorum temporum pervenit.

Viri in uxores, sicuti in liberos, vitae necisque habent potestatem, et cum pater familiae illustriore[5] loco natus decessit, eius propinqui conveniunt, et, de morte si res[6] in suspicionem venit, de uxoribus in servilem modum quaestionem[7] habent, et, si compertum est, igni atque omnibus tormentis excruciatas interficiunt.

VII. 1. *Dis pater,* dios de la muerte y de los infiernos, asimilado al Plutón de la mitología grecorromana. 2. *Spatia temporis,* "la duración del tiempo". 3. Porque la noche simboliza las tinieblas del reino de Plutón, padre común de los galos. 4. *Observant,* "calculan". 5. El día sigue a la noche, es decir, que las horas del día se cuentan a partir del anochecer. 6. *Ut... possent,* explicando *adoleverunt.* 7. *Puerili aetate,* ablat. de cualidad, dependiendo de *filium.* 8. *Ducunt,* "juzgan".

VIII. 1. *Nomine,* "a título de". 2. "Ponen en común". 3. *Ratio habetur,* "se lleva la cuenta". 4. *Fructus,* los intereses, las rentas. 5. Comparativo intensivo con sentido atenuado, "algo ilustre" (Gramática, § 68). 6. "Si las circunstancias de esta muerte". 7. *Quaes-*

Funera sunt pro cultu [8] Gallorum magnifica et sumptuosa; omniaque, quae vivis cordi [9] fuisse arbitrantur, in ignem inferunt, etiam animalia; ac paulo supra hanc memoriam [10] servi et clientes *, quos ab his dilectos esse constabat, iustis [11] funeribus confectis, una cremabantur.

CAMPAÑA CONTRA LOS VÉNETOS

I. Origen de la sublevación

His rebus gestis [1], subitum bellum in Gallia coortum est. Eius belli haec fuit causa. P. Crassus adulescens [2] cum legione * septima proximus [3] mare Oceanum in Andibus hiemarat. Is, quod in his locis inopia frumenti erat, praefectos tribunosque * militum complures in finitimas civitates, frumenti causa, dimisit; quo in numero [4] est T. Terrasidius missus in Esuvios, M. Trebius Gallus in Coriosolitas, Q. Velanius cum T. Silio in Venetos.

II. Los vénetos apresan a los legados de Craso y le reclaman los rehenes

Huius est civitatis [1] longe amplissima auctoritas omnis orae maritimae [2] regionum earum, quod et [3] naves habent

---

tio es un interrogatorio por medio del tormento; en Roma la declaración de un esclavo ante un tribunal sólo tenía valor si era obtenida por tormento (por esto dice *servilem in modum*). 8. Relativamente al modo de vivir de los galos. 9. *Cordi esse*, "tener cariño". 10. "Poco antes de nuestro tiempo". 11. *Iustis*, "según los ritos".

I. 1. Se refiere a los hechos narrados en los capítulos anteriores a este fragmento. 2. La *adulescentia* es la edad comprendida entre los 15 y los 35 años; aquí la aposición *adulescens* sirve para distinguir a Publio Craso el Joven de su padre, el famoso triunviro del mismo nombre. 3. *Proximus*, como adj. significando "vecindad", lleva un complemento en dativo (Gram., § 284, 2.°); aquí por excepción rige acusativo. 4. Por la posición de la preposición véase página 95, nota 8.

II. 1. O sea los vénetos. Por el sentido de *civitas*, véase pág. 100, nota 8. 2. *Omnis orae maritimae*, genitivo complemento del superlativo *amplissima* (reforzado por *longe*); equivale a *omnium civitatum orae maritimae*. 3. Las tres razones que explican la supre-

Veneti plurimas, quibus in Britanniam navigare consuerunt, et scientia atque usu [4] nauticarum rerum reliquos antecedunt, et in magno impetu maris atque aperto [5] paucis portibus interiectis [6], quos tenent ipsi, omnes fere qui eo mari uti [7] consuerunt habent vectigales [8].

Ab his fit initium retinendi Silii atque Velanii, quod per eos suos se obsides, quos Crasso dedissent, recuperaturos existimabant [9]. Horum auctoritate finitimi adducti — ut [10] sunt Gallorum subita et repentina consilia — eadem de causa Trebium Terrasidiumque retinent, et, celeriter missis legatis, per suos principes inter se coniurant [11], nihil nisi communi consilio acturos eundemque omnis fortunae exitum esse laturos; reliquasque civitates sollicitant, ut [12] in ea libertate, quam a maioribus acceperant, permanere quam Romanorum servitutem perferre mallent. Omni ora maritima celeriter ad suam sententiam perducta, communem legationem ad P. Crassum mittunt: "Si velit suos recipere, obsides sibi remittat" [13].



Operaciones de forrajeo
(Roma, Columna de Trajano)

---

macía de los vénetos sobre sus vecinos están puestas de relieve por la triple repetición de *et*. 4. *Scientia*, "conocimientos técnicos, la teoría"; *usus*, "la práctica". 5. Aunque concierta con *impetu*, el sentido lo hace referir a *maris*, "un mar abierto" (sin puertos). 6. *Paucis portibus interiectis*, ablat. absoluto con sentido causal; *interiectis*, intercalados, esparcidos de trecho en trecho. 7. *Uti*, infinitivo dependiendo de *consuerunt*. 8. Predicativo de *omnes*. 9. Construir: *quod existimabant se per eos recuperaturos (esse) suos obsides*. 10. Paréntesis explicativo: "súbitos como son...". 11. *Inter se coniurant*, "se comprometen mutuamente con juramento a" (seguido de oración completiva de infinit.). 12. *Ut* con *mallent* (del que dependen los infinitivos). 13. Cuando una oración en estilo directo debe ir en imperativo, en el indirecto se expresa por el subjuntivo.

III. Preparativos de guerra de César y los vénetos

Quibus de rebus Caesar ab Crasso certior factus [1], quod ipse aberat longius, naves interim longas * aedificari in flumine Ligere, quod influit in Oceanum, remiges ex Provincia institui [2], nautas gubernatoresque comparari iubet. His rebus celeriter administratis, ipse, cum primum [3] per anni tempus potuit, ad exercitum contendit.


Veneti reliquaeque item civitates, cognito Caesaris adventu, simul quod [4] quantum in se facinus admisissent [5] intellegebant — legatos [6], quod nomen ad omnes nationes sanctum inviolatumque semper fuisset, retentos ab se et in vincla coniectos, — pro magnitudine periculi bellum parare, et maxime ea, quae ad usum navium pertinent [7], providere instituunt, hoc [8] maiore spe quod multum natura loci confidebant.

Pedestria esse itinera concisa aestuariis [9], navigationem impeditam propter inscientiam locorum paucitatemque portuum sciebant; neque nostros exercitus, propter frumenti inopiam, diutius [10] apud se morari posse confidebant; ac iam, ut [11] omnia contra opinionem [12] acciderent, tamen se quam plurimum navibus posse [13]; Romanos neque ullam facultatem habere navium, neque eorum locorum,

III. 1. *Certiorem facere aliquem de aliqua re*, "informar a alguien acerca de algo". 2. *Institui*, "que se reclutaran". 3. *Cum primum*, "tan pronto como". 4. *Simul quod*, "y además porque". 5. *Quantum... admisissent*, completiva de *intellegebant*; *facinus in se admittere*, "hacerse culpables de un delito". 6. Los embajadores y parlamentarios *(legati)* eran considerados inviolables; quien los apresara o maltratara cometía un crimen contra el derecho de gentes; nótese sin embargo que aquí no se trataba de embajadores propiamente dichos, sino sólo de emisarios encargados de recoger provisiones. La orac. de infinit. *legatos... coniectos* es explicativa de *facinus*. 7. *Ea... pertinent*, perífrasis por "las cosas necesarias a la navegación". 8. *Hoc* ablat. de causa, explicado por *quod... confidebant*: "por esta razón, porque..." 9. *Aestuariis*, las partes de la costa que la marea *(aestus)* sucesivamente cubre o deja en seco. 10. *Diutius*, "mucho tiempo". 11. *Ut*, "suponiendo que". 12. *Contra opinionem*, "contra lo esperado". 13. *Plurimum* (reforzado por *quam*) *navibus posse*, "tener el dominio del mar"; nótese

ubi bellum gesturi essent, vada, portus, insulas novisse [14], ac longe aliam esse navigationem in concluso mari atque in vastissimo atque apertissimo Oceano perspiciebant.

His initis consiliis [15], oppida muniunt, frumenta ex agris in oppida comportant, naves in Venetiam, ubi Caesarem primum esse bellum gesturum constabat, quam plurimas possunt, cogunt. Socios sibi ad id bellum Osismos, Lexovios, Namnetes, Ambiliatos, Morinos, Diablintes, Menapios adsciscunt; auxilia * ex Britannia, quae contra [16] eas regiones posita est, arcessunt.



Movimiento de tropas en un puerto
(Roma, Columna de Trajano)

IV. Justificación de la política guerrera de César

Erant hae difficultates belli gerendi quas supra [1] ostendimus, sed multa Caesarem tamen ad id bellum incitabant: iniuriae [2] retentorum [3] equitum Romanorum *, rebellio facta post deditionem, defectio datis obsidibus [4], tot civitatum coniuratio, imprimis ne [5], hac parte neglecta [6], reliquae nationes sibi idem licere arbitrarentur. Itaque, cum intellegeret omnes fere Gallos novis rebus studere [7] et ad bellum

---

los infinit. de estilo indirecto dependiendo de *confidebant*. 14. El perf. *novi* tiene valor de presente (Gram., § 199). 15. El párrafo anterior es un desarrollo de *multum natura loci confidebant;* ahora se reanuda la enumeración de los aprestos de guerra. 16. *Contra,* "frente a".

IV. 1. En el cap. anterior, tercer párrafo. 2. Enumeración de los motivos que incitaban a César (explicando *multa*). 3. Trad. el partic. por un substantivo: "retención". 4. Abl. absol. con valor concesivo. 5. *Ne* = *metus ne*. 6. Abl. absol. con valor condicional = *si neglexisset hanc partem (Galliae);* César presenta la guerra como defensiva y preventiva. 7. *Novis rebus studere,* "ser aficionado a los cambios" (políticos), "desear una revolución".

mobiliter celeriterque excitari, omnes autem [8] homines natura libertati studere et condicionem servitutis odisse [9], priusquam plures civitates conspirarent, partiendum sibi [10] ac latius distribuendum exercitum putavit.

V. César divide su ejército en cinco cuerpos

Itaque T. Labienum legatum * in Treveros, qui proximi flumini Rheno sunt, cum equitatu mittit. Huic mandat [1] Remos reliquosque Belgas adeat, atque in officio contineat, Germanosque, qui auxilio [2] a Belgis arcessiti dicebantur, si per vim navibus flumen [3] transire conentur, prohibeat. P. Crassum cum cohortibus * legionariis duodecim et magno numero equitatus in Aquitaniam proficisci iubet, ne ex his nationibus auxilia in Galliam mittantur ac tantae nationes [4] coniungantur. Q. Titurium Sabinum legatum cum legionibus * tribus in Unellos, Coriosolitas Lexoviosque mittit, qui eam manum distinendam curet [5]. D. Brutum adulescentem classi Gallicisque navibus, quas ex Pictonibus et Santonis reliquisque pacatis regionibus convenire iusserat, praeficit, et, cum primum [6] posset, in Venetos proficisci iubet. Ipse eo [7] pedestribus copiis contendit.

VI. Dificultad de asediar las ciudades vénetas

Erant eiusmodi fere [1] situs oppidorum, ut [2], posita in extremis lingulis promunturiisque, neque pedibus aditum haberent, cum ex alto se aestus incitavisset, quod bis accedit [3] semper horarum duodenarum [4] spatio, neque navi-

---

8. *Autem*, "por otra parte". 9. El perf. *odi* tiene valor de presente (Gram., § 198). 10. Con los tiempos de obligación (conjug. perifrástica pasiva) la persona agente se pone en dativo.

V. 1. *Mandare* lleva normalmente una oración completiva con *ut* ("encargar que"); aquí se ha suprimido la conjunción. 2. Dativo de finalidad, "en su ayuda". 3. El Rin. 4. Es decir, los aquitanos y los galos. 5. El gerundivo con *curare* indica una intención: "procure distraer estas fuerzas". 6. Véase cap. III, nota 3. 7. Adverbio.

VI. 1. "Generalmente". 2. En correlación con *eiusmodi*. 3. *Accedere* se dice del flujo de la marea. 4. Nótese el uso del dis-

bus, quod rursus minuente aestu [5] naves in vadis afflictarentur.

Itaque utraque re oppidorum oppugnatio impediebatur; ac, si quando [6] magnitudine operis [7] forte superati [8], extruso [9] mari aggere ac molibus, atque his [10] oppidi moenibus [11] adaequatis, suis fortunis desperare coeperant, magno numero navium appulso, cuius rei summam facultatem habebant, sua deportabant omnia seque in proxima oppida recipiebant: ibi se rursus isdem opportunitatibus loci defendebant.

Haec eo [12] facilius magnam partem [13] aestatis faciebant, quod nostrae naves tempestatibus detinebantur, summaque erat vasto atque aperto mari, magnis aestibus, raris ac prope nullis portibus, difficultas navigandi.

VII. Descripción de las naves vénetas. Sus ventajas sobre las romanas


Namque [1] ipsorum naves ad hunc modum factae armataeque erant: carinae aliquanto planiores quam nostrarum navium, quo facilius [2] vada ac decessum aestus excipere possent: prorae admodum erectae atque item puppes, ad magnitudinem fluctuum tempestatumque accommodatae; naves totae factae ex robore ad quamvis vim et contumeliam perferendam; transtra [3] pedalibus in altitudinem trabibus [4]

---

tributivo: "cada doce horas"; el fenómeno de la marea era desconocido de los romanos, puesto que en el Mediterráneo es apenas perceptible; por esto César se detiene en explicarlo. 5. En la bajamar. 6. "Si alguna vez". 7. *Opus* es aquí sinónimo de *munitio*, obras de fortificación, aquí "trabajos de aproche" (de acercamiento a la plaza enemiga); está explicado por los dos ablat. absol. siguientes. 8. Entiéndase *oppidani*. 9. "Contenido". 10. Es decir, *aggere ac molibus*; únase con *adaequatis*. 11. Complem. de *adaequatis*. 12. *Eo* en correlación con *quod*: "por esta razón, porque". 13. Acus. de duración.

VII. 1. Explicando por qué las naves vénetas eran superiores a las romanas. 2. "Para que más fácilmente". 3. Vigas puestas de un costado al otro de una nave para asegurarlos, y que en las primeras embarcaciones, no cubiertas, servían de asiento a los remeros. 4. *Trabibus*, *crassitudine*, ablat. de descripción referidos, res-

confixa clavis ferreis digiti pollicis crassitudine; ancorae, pro [5] funibus, ferreis catenis revinctae; pelles, pro [5] velis, alutaeque tenuiter confectae [6], hae sive propter lini inopiam atque eius usus inscientiam, sive eo — quod est magis verisimile, — quod tantas tempestates Oceani tantosque impetus ventorum sustineri ac tanta onera navium regi velis non satis commode posse arbitrabantur.



Nave de guerra romana
(Roma, Museo Vaticano)

Cum his navibus nostrae classi eiusmodi congressus erat, ut una [7] celeritate et pulsu remorum praestaret, reliqua pro [8] loci natura, pro vi tempestatum, illis [9] essent aptiora et accommodatiora. Neque enim his nostrae rostro * nocere poterant — tanta in iis erat firmitudo, — neque propter altitudinem facile telum * adigebatur [10], et eadem de causa minus commode copulis [11] continebantur. Accedebat ut, cum [12] saevire ventus coepisset et se vento dedissent, et tempestatem ferrent facilius et in vadis consisterent tutius, et, ab aestu relictae [13], nihil saxa et cautes timerent; quarum rerum omnium nostris navibus casus erat extimescendus.

VIII. Batalla naval. Artificio de los romanos para compensar su inferioridad

Compluribus expugnatis oppidis, Caesar, ubi intellexit frustra tantum laborem sumi, neque [1] hostium fugam cap-

pectivamente, a *transtra* y *clavis*. 5. "En lugar de". 6. "Cueros cosidos con punto fino". 7. *Una*, trad. por un adv., "solamente". 8. "Por razón de". 9. Los vénetos. 10. "Se disparaban los proyectiles". 11. *Copulae* eran las grapas de hierro con que se sujetaban los costados de las naves enemigas antes de pasar al abordaje. 12. "Cuando", "cada vez que". 13. "Si la marea las dejaba en seco".

VIII. 1. *Neque... neque*, explicando *frustra*. 2. Súplase *esse*.

tis oppidis reprimi, neque iis noceri posse, statuit exspectandam [2] classem. Quae ubi convenit ac primum ab hostibus visa est [3], circiter ducentae et viginti naves eorum paratissimae atque omni genere armorum ornatissimae profectae ex portu, nostris adversae constiterunt; neque [4] satis Bruto, qui classi praeerat, vel tribunis militum * centurionibusque *, quibus singulae naves erant attributae, constabat [5] quid agerent aut quam rationem pugnae [6] insisterent. Rostro * enim noceri non posse cognoverant; turribus autem excitatis, tamen has altitudo puppium ex [7] barbaris * navibus superabat, ut neque ex inferiore loco satis commode tela * adigi [8] possent et missa ab Gallis gravius [9] acciderent.

Una erat magno usui [10] res praeparata a nostris, falces [11] praeacutae, insertae affixaeque longuriis, non absimili forma muralium falcium. His [12] cum funes, qui antemnas ad malos destinabant, comprehensi adductique erant, navigio remis incitato, praerrumpebantur. Quibus abscissis, antemnae necessario concidebant, ut [13], cum omnis Gallicis navibus spes in velis armamentisque consisteret, his ereptis, omnis usus [14] navium uno tempore [15] eriperetur.

Reliquum erat certamen positum in virtute, qua nostri milites facile superabant, atque eo magis quod in conspectu Caesaris atque omnis exercitus res gerebatur, ut nullum paulo fortius factum latere posset; omnes enim colles ac

---

3. La pasiva de *video* significa normalmente "parecer", pero a veces, como aquí, conserva su sentido primitivo, "ser visto". 4. *Neque* = = *sed non.* 5. *Neque satis Bruto... constabat quid agerent,* "pero Bruto estaba todavía indeciso sobre lo que debía hacer"; *mihi constat* (impersonal), "estoy decidido". 6. *Rationem pugnae*, "plan de combate". 7. "Del lado de". 8. Véase cap. anterior, nota 10. 9. "Con mayor fuerza". 10. "De gran utilidad". 11. *Falces,* ganchos de hierro, fijos al extremo de largas perchas *(longurii),* destinados a cortar los cables y cuerdas de las naves vénetas; en los trabajos de sitio se usaba una especie similar de hoces *(falces murales)* para arrancar las piedras de las murallas. 12. *His,* ablat. instrumental referido a *comprehensi adductique erant.* 13. "De modo que". 14. "El gobierno de las naves". 15. "En un instante".

loca superiora, unde erat propinquus despectus in mare, ab exercitu tenebantur.

IX. Derrota y captura de la flota véneta

Disiectis, ut diximus, antemnis, cum singulas binae ac ternae [1] naves circumsteterant, milites summa vi transcendere in hostium naves contendebant. Quod postquam barbari * fieri animadverterunt, expugnatis compluribus navibus, cum ei rei nullum reperiretur auxilium, fuga salutem petere contenderunt. Ac, iam conversis in eam partem navibus quo [2] ventus ferebat, tanta subito malacia ac tranquillitas extitit, ut se ex loco commovere non possent.

Quae quidem res ad negotium conficiendum maxime fuit opportuna, nam singulas [3] nostri consectati expugnaverunt, ut perpaucae ex omni numero, noctis interventu [4], ad terram pervenerint, cum ab hora fere quarta [5] usque ad solis occasum pugnaretur.

X. Sumisión y castigo de los vénetos

Quo proelio bellum Venetorum totiusque orae maritimae confectum est. Nam cum [1] omnis iuventus, omnes etiam gravioris aetatis [2] in quibus aliquid consilii aut dignitatis fuit, eo convenerant, tum [1] navium quod ubique fuerat in unum locum coegerant; quibus amissis, reliqui neque quo se reciperent neque quemadmodum oppida defenderent habebant. Itaque se suaque omnia Caesari dediderunt. In quos eo gravius [3] Caesar vindicandum statuit, quo diligentius in reliquum tempus a barbaris * ius legatorum [4] conservaretur. Itaque, omni senatu * necato, reliquos sub corona [5] vendidit.

IX. 1. ¿A qué se debe el uso de estos distributivos? 2. *Quo = in quam (partem)*. 3. *Singulas,* entiéndase *naves Venetorum*. 4. "Al amparo de la noche". 5 Aproximad. las 9 de la mañana (véase Gram., Apéndice III).

X. 1. *Cum... tum,* "no sólo... sino sobre todo". 2. "De edad avanzada", genit. de cualidad. 3. *Eo... quo,* "por esta razón, para que". 4. Véase cap. III, nota 6. 5. *Sub corona vendidit,* vendió en subasta, como esclavos.

NARRACIONES SELECTAS DE LOS AUTORES CLÁSICOS

I. Nasica y el poeta Ennio

Cum ad poetam Ennium venisset Nasica, eique a foribus[1] quaerenti Ennium ancilla dixisset domi[2] non esse[3], Nasica sensit illam domini iussu ita respondisse, et eum intus esse. Paucis post diebus, cum ad Nasicam venisset Ennius et illum a ianua quaereret, exclamat Nasica "se domi non esse". Tunc Ennius: "Quid? ego non agnosco, inquit, vocem tuam?" Hic[4] Nasica: "Homo es impudens: ego, cum te quaererem, ancillae tuae credidi te domi non esse; tu mihi non credis ipsi?" (CIC.)

II. Abogados indeseables


1. Siculus quidam, cui praetor * Scipio patronum[1] causae dabat hominem nobilem, sed admodum stultum: "Quaeso, inquit, praetor, adversario meo da istum patronum, deinde mihi neminem dederis"[2].

2. Patrono malo, qui vocem in dicendo[3] obtuderat, suadebat Granius[4], ut mulsum frigidum biberet, simul ac domum redisset: "Perdam, inquit, vocem, si id fecero[5]. — Melius[6], respondit Granius, quam reum."

I. 1. "Desde la puerta". 2. Locativo (Gram., § 46, 3.°). 3. El sujeto de *esse* es *Ennium*. 4. "Entonces".

II. 1. *Patronum causae*, predicativo de *hominem nobilem; causa*, "proceso". 2. Para formar el imperat. negativo el latín usa generalmente en la segunda persona el perf. de subj. (Gram., § 173); en este caso la negación está incluída en *neminem*. 3. *In dicendo*, "hablando", pronunciando su defensa. 4. Granio fué un pregonero que vivió en el siglo II a. de J. C. y se hizo muy popular por sus agudezas. 5. Trad. por el pres. de indicat. 6. *Melius*, súplase *perdes*, "más vale

3. Cum orator malus in epilogo[7] misericordiam se movisse putaret, rogavit Catulum[8] "videreturne misericordiam movisse". — "Ac magnam[9] quidem, inquit Catulus; neminem enim puto esse tam durum, cui non oratio tua miseranda visa sit." (CIC.)



Procesión ritual de caballeros romanos

III. Cuida de lo tuyo

Cum P. Scipio Nasica et M. Popilius censores * equitum censum * agerent, equum nimis strigosum, sed equitem eius uberrimum et habitissimum[1] viderunt. "Et cur, inquiunt, ita est ut[2] tu sis, quam equus, curatior? — Quoniam, inquit, ego me curo, equum Statius meus servus." Visum est parum reverens esse responsum, relatusque in aerarios *, ut mos est. (GELL.)

IV. Dichos agudos

1. Africano maiori, coronam[1] sibi in convivio ad caput accomodanti, cum ea saepius rumperetur, P. Licinius Varus: "Noli mirari[2], inquit[3], si non convenit; caput enim magnum est."

2. Cum C. Fabricio[4] P. Cornelius, homo, ut existimabatur, avarus et furax, sed egregie fortis et bonus im-

---

perder..." 7. *In epilogo,* en la peroración o parte final de su discurso, donde los oradores solían acudir a todos los recursos para conmover a los jueces en favor de su defendido. 8. El verbo *rogare,* "preguntar", pone en acusativo el nombre de la persona a quien se pregunta. 9. *Magnam,* súplase *misericordiam.*

III. 1. *Habitissimum,* "muy bien alimentado". 2. *Cur ita est ut,* "cómo es que".

IV. 1. En los festines, los comensales se ceñían la cabeza con coronas de flores. 2. Imperativo negativo (Gram., § 189, 4.°). 3. Construir: *P. Licinius Varus inquit Africano minori, accomodanti,* etc.

perator, gratias ageret quod se, licet inimicus [5], consulem * fecisset, bello praesertim magno et gravi [6]: "Nihil est cur [7] mihi gratias agas, inquit, si malui compilari quam venire" [8].

3. Cum Hadrianus imperator * viro cuidam, aetate iam provecta et canis fere capillis [9], aliquid abnuisset, eidem postridie adeunti, sed capite infecto, lepide respondit: "Iam istud patri tuo me abnuere memini."

4. Cum quidam imperite iacularetur [10] coram Diogene, is scopo proximus considit, et interrogatus cur id faciat: "Ne feriar", inquit.

5. Cum Augusto quidam libellum supplicem [11] porrigens, prae metu et verecundia nunc manum proferret, nunc retraheret: "Putas, inquit iocans Augustus, te assem elephanto dare?"

V. Augusto y el pobre poeta

Solebat Graeculus [1] quidam descendenti e Palatio [2] Caesari Augusto honorificum aliquod epigramma porrigere. Id cum frustra saepe fecisset, et tamen rursum eum idem facturum vidisset Augustus, breve sua manu in charta exaravit [3] Graecum epigramma, et Graeculo venienti ad se obviam misit. Ille legere, mirari, laudare [4] tam voce quam vultu gestuque. Deinde cum accessisset ad sellam,

---

4. *Fabricio*, dat. compl. indir. de ***gratias ageret***. 5. *Licet inimicus*, "a pesar de ser enemigo suyo". 6. "Sobre todo para una guerra difícil y grave". 7. *Nihil est cur*, "no hay de que". 8. *Venire*, de *veneo, is, ire* (comp. de *eo*), "ser puesto en venta" (como esclavo). 9. Ablat. de descripción. 10. *Imperite iacularetur*, "tirara al blanco con muy poca destreza". 11. *Libellum supplicem*, "una petición escrita".

V. 1. *Graeculus*, diminutivo despreciativo, "un pobre griego"; es corriente que los griegos sean tratados por los romanos con desdeñosa conmiseración. 2. *E Palatio*, de su casa situada en el monte Palatino *(Palatium)*, habitado por la nobleza romana y que ha dado origen a la palabra "palacio". 3. *Ex-arare*, significa propiamente "arar"; el sentido que aquí tiene de "escribir" es debido al uso antiguo de grabar con un punzón *(stilus)* las letras sobre tablillas recubiertas de cera, acción similar a la de arar un campo. 4. Infi-

qua Caesar vehebatur, demissa in pauperem crumenam [5] manu, paucos denarios protulit, quos [6] principi daret, dixitque: "Se plus daturum fuisse [7], si plus habuisset." Cum risissent omnes, dispensatorem Caesar vocavit, et centum milia nummorum numerari Graeculo iussit. (MACR.)

VI. Zapatero a tus zapatos

Apelles, pictor egregius, cum [1] tabulam pinxerat, eam inspiciendam proponebat [2] transeuntibus; et post ipsam latens, vitia [3] quae a quoque notabantur, auscultabat; vulgi enim iudicium saepe praeferebat suo. Is aliquando a sutore reprehensus in [4] crepidis pictae imaginis, statim quod peccatum fuerat emendavit. At eodem sutore superbe propter priorem admonitionem [5] cavillante circa crus imaginis die postero, indignatus Apelles prospexit, denuntiavitque [6] ne sutor supra crepidam iudicaret. Quod deinde in proverbium [7] venit. (PLIN.)

VII. Existencia de Dios

Animal [1] nullum est, praeter hominem, quod habeat notitiam aliquam Dei. At inter homines gens nulla est tam fera, quae non Deum esse sciat, etiamsi ignoret qualis sit. Quoniam vero, in omni re, consensio firma gentium omnium est vox naturae et argumentum veritatis, confitendum est numen aliquod divinum esse [2].

---

nitivos de narración, trad. "se puso a". 5. *Crumenam*, bolsa de cuero que se llevaba en bandolera sujeta con una correa; "metiendo la mano en su pobre zurrón". 6. *Quos*, relativo con valor final = *ut eos*. 7. En el estilo indirecto el infin. de futuro equivale al imperfecto o pluscuamperf. de subj. (tiempos de la irrealidad); en estilo directo: *ego plus darem...*

VI. 1. *Cum* "cada vez que". 2. *Proponebat eam inspiciendam*, "la exponía al examen de..." (para ser examinada por). 3. *Vitia*, "defectos". 4. *In*, "a propósito de". 5. *Propter priorem admonitionem*, "por el éxito de su primera crítica". 6. *Denuntiavit*, "le advirtió". 7. El proverbio dice: *Ne sutor supra crepidam.*

VII. 1. *Animal*, "ser vivente". 2. *Numen aliquod divinum esse*,

Quis est tam vecors, qui [3], cum suspexerit in caelum, non sentiat Deum esse? Pulchritudo mundi, ordo rerum caelestium, conversio [4] solis, lunae siderumque omnium, indicant satis aspectu ipso ea omnia non esse fortuita, et cogunt nos confiteri naturam esse [5] aliquam praestantem aeternamque, quae sit admiranda generi humano.

Si quis venerit in aedes aliquas aut in gymnasium * videritque ibi rerum omnium ordinem et disciplinam, intelleget aliquem esse qui praesit et cui pareatur [6]: sic, si quis intuetur motus perpetuos et certos [7], vicissitudines [8], ordines rerum caelestium tot tantarumque, necesse est ut fateatur haec cuncta gubernari a mente aliqua. Cum autem nec mens nec potestas humana possit hoc efficere, Deus unus potest esse architectus et rector tanti operis. (CIC.)



Sacerdote romano
(París, Bibliothèque Nationale)

VIII. Vivamos pensando en la presencia de Dios

Sic vivendum est, tamquam in conspectu [1] vivamus; sic cogitandum, tamquam aliquis in pectus intimum inspicere possit. Et potest! Quid enim prodest [2] aliquid ab homine esse secretum? nihil Deo clausum est; nostris cogitationibus mediis [3] intervenit.

Mirificum hoc est Thalis responsum. Interrogatus enim an facta hominum Deos fallerent [4]: "Ne cogitata quidem", inquit: ut non solum manus, sed etiam mentes puras ha-

---

"que existe una fuerza divina". 3. *Tam... qui*, "tan... que" (relativo consecutivo, verbo en subj., *non sentiat*). 4. *Conversio*, "revolución". 5. *Naturam esse*, "que existe un ser". 6. *Pareatur*, impersonal, "se obedece" (todo obedece). 7. *Certos* "determinados". 8. *Vicissitudines*, "el curso regular".

VIII. 1. *In conspectu*, "a la vista de todos", en público. 2. *Quid prodest*, "¿de qué aprovecha?". 3. *Cogitationibus mediis*, "en medio

bere vellemus, cum secretis cogitationibus nostris caeleste numen adesse credidissemus [5]. (SÉN., VAL. MÁX.)

IX. La pureza del alma es lo más grato a Dios

Animadverto Deos ipsos non tam accuratis adorantium precibus quam innocentia et sanctitate laetari; gratioremque existimari eum qui delubris eorum puram castamque mentem, quam si meditatum carmen [1] intulerit.

Non in victimis, licet opimae sint auroque praefulgeant, Deorum est honos [2], sed in pia ac recta voluntate venerantium. Itaque boni etiam farre ac fritilla [3] religiosi sunt; mali rursus non effugiunt impietatem, quamvis aras multo sanguine cruentaverint. (PLIN., SÉN.)

X. Lo que debemos pedir a Dios

Socrates, humanae sapientiae quasi quoddam [1] terrestre oraculum, nihil ultra [2] petendum a Diis immortalibus arbitrabatur, quam ut [3] bona tribuerent, quia ii demum scirent quid unicuique esset utile; nos autem [4] plerumque id votis expetere quod non impetrasse melius foret [5]. Etenim divitias appetis, quae multis exitio [6] fuerunt; honores * concupiscis, qui complures pessumdederunt; splendidis coniugiis inicis manus; at haec aliquando illustrant, saepius vero funditus domos evertunt. Desine igitur futuris malorum tuorum causis, quasi felicissimis rebus, inhiare [7], teque totum caelestium arbitrio permitte. (VAL. MÁX.)

---

de nuestros pensamientos". 4. *Fallere aliquem,* "escapar a alguien" (no ser advertido por alguien). 5. *Cum... credidissemus,* "al estar convencidos de que".

IX. 1. *Meditatum carmen,* "una plegaria previamente estudiada"; *meditatus,* partic. del deponente *meditor,* puede usarse con valor pasivo, "meditado", o activo "habiendo meditado" (Gram., § 183, 2.°). 2. "El homenaje debido a los dioses no consiste en..." 3. *Far* era una especie de torta, y *fritilla* una especie de papilla usadas en los sacrificios.

X. 1. Aposición a Sócrates; "una especie de...". 2. *Ultra,* adverbio, "más". 3. *Ut,* dependiendo de *petendum* (súplase *esse*). 4. *Nos autem,* "mientras que nosotros". 5. *Foret,* "hubiera sido". 6. Doble dativo (Gram., § 283 bis). 7. Constr.: *desine inhiare futuris causis,* etcétera.

XI. Rasgo de piedad de unos piratas

Cum Camillus Apollinis * numine, ut aiebat, instinctus [1], pergeret ad delendam urbem Veios, deo decimam partem praedae voverat. Urbe capta, ut voti liberaretur [2], legati missi sunt qui [3] crateram auream donum Apollini Delphos * ferrent; qui haud procul freto Siculo a piratis Lipariensium excepti devehuntur Liparas. Mos erat civitatis, velut publico latrocinio partam [4], praedam dividere. Forte eo anno in summo magistratu erat Thimasitheus quidam, Romanis vir similior quam suis. Qui legatorum * nomen, donumque, et deum, et doni causam veritus [5], ipse multitudinem quoque, quae semper ferme regenti [6] est similis, religionis [7] iustae implevit; adductosque in publicum hospitium * legatos, cum praesidio etiam navium Delphos prosecutus, Romam inde sospites [8] restituit. Hospitium cum eo senatusconsulto * est factum [9], donaque publice data. (TIT. LIV.)

XII. La vida no es corta, si se aprovecha bien

Maior pars mortalium de naturae malignitate queritur, quod in exiguum aevi [1] gignuntur, quod tam velociter haec dati temporis [2] spatia decurrunt. Non exiguum temporis [1] habemus; sed multum perdimus. Satis longa et in maximarum rerum consummationem [3] large [4] data est vita, si

---

XI. 1. *Instinctus Apollinis numine*, "inspirado por Apolo". 2. *Liberari voti*, "cumplir una promesa", quedar libre de un voto. 3. *Qui*, relativo final = *ut ii*. 4. *Velut publico latrocinio partam*, "como producto de piratería autorizada por el Estado". 5. *Veritus*, "lleno de respeto por" (con acus.). 6. *Similis* y *dissimilis* rigen dat. (Gramática, § 284, 3.°). 7. *Religionis*, "escrúpulo". 8. *Sospites*, "sanos y salvos". 9. *Hospitium facere cum aliquo*, "entablar relaciones de hospitalidad con alguien" (véase pág. 91, nota 46).

XII. 1. Genit. partitivos; *exiguum aevi* = *exiguum aevum; exiguum temporis* = *exiguum tempus*. 2. *Dati temporis*, "del tiempo que nos ha sido concedido". 3. *In... consummationem*, "para la realización", para dar remate a. 4. *Large*, "con largueza". 5. Parti-

tota bene collocaretur. Nec inopes eius, sed prodigi sumus. Tamquam semper victuri [5] vivimus; numquam nobis fragilitas nostra succurrit.

Sicut amplae opes, ubi ad malum dominum pervenerunt, momento dissipantur; at [6], quamvis modicae, si bono custodi traditae sunt, usu crescunt; ita vita, si scias uti, longa est. (SÉN.)

XIII. No hay que temer a la muerte

Cum Socrates, iamiam moriturus [1], esset rogatus a Critone quemadmodum sepeliri vellet, sic respondit, ut se ostenderet hac de re nihil laborare [2]. Diogenes durior, ut Cynicus *, proici se iussit inhumatum. Tum amici: "Volucribusne et feris? — Minime vero, inquit, sed bacillum propter me, quo [3] abigam, ponitote. — Qui [4] poteris?, responderunt illi. Non enim senties! — Quid igitur mihi ferarum laniatus oberit, nihil sentienti?" [5]. (CIC.)

XIV. Los insectos del río Hypanis

Non terret sapientem mors, quae propter incertos casus cotidie imminet, propter brevitatem vitae numquam longe potest abesse. Dedit nobis natura usuram [1] vitae, tamquam pecuniae, nulla praestituta die [2]. Quid est igitur, quod [3] querare, si repetit [4], cum vult? ea enim conditione acceperas. Quae vero aetas longa est, aut quid omnino homini longum? Apud Hypanim fluvium, qui in Pontum influit, Aristoteles ait bestiolas quasdam nasci, quae unum diem vivant [5]. Ex his igitur, quae hora diei octava [6] mor-

---

cipio fut. de *vivo* = *tamquam semper victuri essemus*. 6. *At*, "mientras que".

XIII. 1. *Iamiam moriturus*, "a punto de...". 2. *Nihil laborare*, "no preocuparse". 3. *Quo*, relativo final = *ut eo; entiéndase ut eo abigam volucres et feras*. 4. *Qui*, adv.: "como". 5. Trad. el participio por una orac. condicional.

XIV. 1. *Usuram*, "el usufructo", no la propiedad. 2. *Nulla praestituta die*, "sin fijarnos el término" (del usufructo); en este sentido *dies* es femenino (Gram., § 50). 3. *Quid est ... quod = cur:* "¿qué razón hay para...?". 4. *Si repetit* (sujeto, *natura*), "si la reclama". 5. En subj. por depender de una orac. de infinitivo. 6. *Hora octava*, una hora después del mediodía (Gram., Apéndice III).

tua est, provecta aetate mortua est; quae vero occidente sole, decrepita. Confer nostram longissimam aetatem cum aeternitate: in maiore brevitate, quam illae bestiolae, reperiemur. (CIC.)

XV. Sócrates

Cum sapientissimus esset Socrates sanctissimeque vixisset, ita in iudicio capitis pro se dixit, ut [1] non supplex aut reus, sed magister aut dominus iudicum esse videretur. Quin etiam, cum ei scriptam orationem attulisset disertissimus orator Lysias, demissam et supplicem et praesenti procellae accomodatam, quam edisceret [2], si ei videretur [3], et ea pro se[4] apud iudices uteretur, non invitus legit, et commode scriptam esse dixit. Sed, inquit, quemadmodum si mihi calceos Sicyonios * (qui tum erant omnium elegantissimi) attulisses, non uterer, quamvis essent habiles [5] et apti ad pedem, quia non essent viriles; sic illa oratio tua diserta mihi et oratoria videtur, fortis et virilis non videtur."



Sócrates
(Londres, British Museum)

Causam ipse suam sic egit, ut [6], iudicibus quid poenae se commeruisse existimaret interrogantibus, responderit: "Id se meruisse, ut [7] sibi victus cotidianus in Prytanaeo * publice praeberetur", qui honos apud Graecos maximus habebatur. Quo responso sic iudices exarserunt, ut capitis hominem innocentissimum condemnarent [8].

XV. 1. *Ita... ut,* "en tal tono... que" (*ut* consecutivo). 2. *Ediscere,* "aprender de memoria". 3. *Videri* significa a veces "parecer bien". 4. *Pro se,* "en defensa propia". 5. *Quamvis essent habiles,* "por cómodos que fueran". 6. Constr.: *sic... ut responderit iudicibus interrogantibus quid poenae* ("qué pena", genit. partitivo) *existimaret se commeruisse.* 7. *Ut,* explicativo de *id.* 8. *Capitis con-*

Non patronum ergo quaesivit ad iudicium capitis Socrates, nec iudicibus supplex fuit; adhibuitque liberam contumaciam [9], a magnitudine animi ductam [10], non a superbia. Cum facile posset educi e custodia, et essent qui promitterent fugam, noluit, remansitque dies triginta in carcere et in exspectatione mortis, ut duarum rerum gravissimarum hominibus metum demeret, mortis et carceris. Supremo vitae die, cum paene in manu iam mortiferum teneret poculum [11], locutus ita est, ut non ad mortem trudi, verum in caelum videretur ascendere. (CIC.)

XVI. El alma y el cuerpo

Decet eos [1] qui student praestare ceteris animalibus, summa ope niti ne vitam transeant veluti pecora, quae natura finxit prona [2] atque oboedientia ventri. Constamus [3] animo et corpore. Alterum nobis commune est cum diis, alterum cum beluis. Animus debet imperare, corpus vero servire. Itaque admiranda [4] et detestanda est pravitas eorum qui, dediti gaudiis corporis, in luxu atque ignavia aetatem agunt, ingenium autem incultu et socordia sinunt torpescere. (SAL.)

XVII. Examen de conciencia

Cotidie ad rationem reddendam [1] vocandus est animus. Sextius, consummato die cum se ad nocturnam quietem recepisset, interrogabat animum suum: "Quod hodie malum tuum sanasti? Cui vitio obstitisti? Qua parte melior es?" Quid ergo pulchrius hac consuetudine? Qualis somnus

---


damnare, "condenar a muerte". 9. *Liberam contumaciam*, "terquedad altanera". 10. *Ductam*, "procedente de". 11. *Poculum*, el vaso de la cicuta.

XVI. 1. El impersonal *decet* rige acus. de persona. 2. *Prona*, "inclinadas a tierra". 3. *Constamus*, "estamos compuestos de" (con ablativo). 4. *Admiranda... est*, "es de extrañar".

XVII. 1. *Rationem reddere*, "rendir cuentas". 2. *Transeo*, "omito".

post recognitionem sui sequitur! Quam tranquillus, altus ac liber, cum aut laudatus est animus, aut admonitus! Utor hac potestate, et cotidie, cum sublatum e conspectu lumen est, totum diem mecum scrutor, facta ac dicta mea remetior. Nihil mihi ipse abscondo, nihil transeo [2]. (SÉN.)

XVIII. Lo injusto no puede ser útil



Atleta griego

Themistocles, post Salaminiacam victoriam, dixit in contione * se habere consilium rei publicae salutare, sed id sciri non opus esse [1]. Postulavit ut aliquem populus daret, quocum communicaret [2]. Datus est Aristides. Huic ille indicavit classem Lacedaemoniorum clam incendi posse: quo facto Lacedaemoniorum opes fractum iri. Quod Aristides cum audisset, in contionem venit dixitque utile esse consilium quod Themistocles afferret, sed minime honestum. Itaque Athenienses, quod honestum non esset, id ne utile quidem putaverunt, totamque eam rem, quam ne audierant quidem, auctore Aristide [3], repudiaverunt.

XIX. Debe hacerse el bien por amor a la virtud

Nobis persuasum esse debet, si omnes Deos hominesque [1] celare possimus, nihil tamen avare, nihil iniuste esse faciendum.

Cum olim in Lydia, ut ferunt fabulae, terra discessisset [2] magnis quibusdam imbribus [3], descendit in illum hiatum Candaulis regis pastor, Gyges, aeneumque equum ani-

XVIII. 1. "Pero que no debía ser divulgado". 2. *Quocum communicaret* =*cum quo communicaret consilium.* 3. *Auctore Aristide,* "bajo la palabra de Arístides".

XIX. 1. El verbo *celare,* "ocultar" pone en acus. el nombre de la persona a quien se oculta algo. 2. *Terra discessisset,* "habiéndose abierto la tierra". 3. "Por efecto de". 4. *Ut,* "después que".

madvertit, cuius in lateribus fores erant; quibus apertis, corpus hominis mortui vidit magnitudine inusitata, anulumque aureum in digito. Quem ut[4] detraxit, ipse induit, tum in concilium se pastorum recepit. Ibi cum palam[5] eius anuli ad palmam converterat, a nullo videbatur, ipse autem omnia videbat. Idem rursus videbatur, cum in locum anulum inverterat. Itaque hac opportunitate usus regem dominum interemit; sustulitque quos[6] obstare sibi arbitrabatur; nec in his eum facinoribus quisquam[7] potuit videre. Sic repente anuli beneficio rex exortus est Lydiae.

Hunc igitur ipsum anulum si habeat sapiens, nihilo plus sibi licere putet peccare, quam si non haberet. (CIC.)

XX. El primer deber, la gratitud

Caesarem Augustum adiit quodam die veteranus * miles, qui, vocatus in ius, causa periclitabatur[1], rogavitque ut sibi adesse vellet. Statim Caesar unum e comitatu suo elegit advocatum[2], cui litigatorem commendavit. Tunc veteranus: "At non ego, Caesar, te periclitante Actiaco bello, vicarium quaesivi; sed pro te ipse pugnavi." Quibus dictis, cicatrices detexit. Erubuit Caesar, atque ipse venit in advocationem. (MACROB.)

XXI. No quieras lo que no es tuyo

Pythagoricus * quidam emerat a sutore phaecasia *, rem magnam[1], non praesentibus nummis[2]. Post aliquot dies venit ad tabernam, redditurus[3]; et cum clausam diu pulsaret, fuit qui[4] diceret: "Quid perdis operam tuam? sutor ille quem quaeris, elatus, combustus est." At philo-

---

5. Acus. de *pala*. 6. *Quos = eos quos; sibi*, a Gyges. 7. Constr.: *nec quisquam* (= *et nemo*) *potuit videre eum in his facinoribus*.

XX. 1. *Causa* (abl.) *periclitabatur*, "estaba en peligro de perder su pleito". 2. *Advocatum*, predicado referido a *unum*, "como abogado", "defensor".

XXI. 1. *Magnam*, "costosa, cara". 2. *Non praesentibus nummis*, "sin tener dinero a mano". 3. *Redditurus*, "con intención de pagarle". 4. *Fuit qui*, "hubo quien..." 5. *Tibi vivit*, "para ti vive"; los

sophus noster tres aut quattuor denarios, non invita manu, domum retulit, subinde concutiens. Deinde cum reprehendisset hanc suam non reddendi voluptatem tacitam, rediit ad eandem tabernam et ait: "Ille tibi [5] vivit, redde quod debes." Deinde per claustrum, qua se commissura laxaverat [6], quattuor denarios in tabernam inseruit ac misit. (SÉN.)



Zapatero
(Reims, Hotel Dieu)

XXII. Lealtad para con el enemigo

Cn. Domitius, tribunus plebis, M. Scaurum, principem [1] civitatis, in iudicium populi Romani vocaverat, iratus quod ab eo in augurum * collegium non fuisset cooptatus. Cum opprimendi inimici summo studio flagraret, servus Scauri ad eum noctu pervenit, promittens se instructurum [2] eius accusationem multis et gravibus domini criminibus [3]. At Domitius nefario indicio servi perfidi uti noluit. Continuo enim et suis auribus obturatis, et indicis ore clauso, comprehendi hominem et ad Scaurum deduci iussit. Sic in infesto accusatore iustitia odium vicit. Hunc Domitium deinde populus, tum [4] hanc ob causam, tum [4] propter alias virtutes, libentius et consulem * et censorem * et pontificem * maximum fecit. (VAL. MÁX.)


---

pitagóricos creían que la muerte no era el fin de la vida, sino que las almas transmigraban a otros cuerpos. 6. *Qua se commissura laxaverat*, "por donde la junta dejaba una abertura".

XXII. 1. *Principem civitatis*, "personaje de primer rango en la ciudad". 2. *Instructurum* (súplase *esse*), "que documentaría". 3. *Domini criminibus*, "acusaciones contra su dueño". 4. *Tum... tum*, "tanto... como".

XXIII. Un negocio desleal

C. Canius, eques Romanus *, nec infacetus et satis litteratus, cum se Syracusas otiandi, ut ipse dicere solebat, non negotiandi causa [1] contulisset, dictitabat se hortulos aliquos emere velle, quo [2] invitare amicos, et ubi se oblectare sine interpellatoribus posset. Quod cum percrebuisset, Pythius quidam, qui argentariam faciebat [3] Syracusis, dixit ei hortos quidem suos non esse venales [4], sed licere uti Canio, si vellet, ut suis; et simul ad cenam hominem in hortos invitavit in posterum diem. Cum ille promisisset, tum Pythius, qui esset, ut argentarius [5], apud omnes ordines gratiosus [6], piscatores ad se convocavit, et ab his petivit ut ante hortulos suos postridie piscarentur, dixitque quid eos facere vellet.



Banquero
(Museo de Belgrado)

Ad cenam tempore [7] venit Canius. Opipare apparatum convivium [8]; cymbarum ante oculos multitudo; piscatorum [9] quisque quod ceperat afferebat; ante pedes Pythii pisces abiciebantur. Tum Canius: "Quaeso, inquit, quid est hoc, Pythi? Tantumne piscium? Tantumne cymbarum?"

Et ille: "Quid mirum? hoc loco est Syracusis quidquid est piscium [10]; hac villa isti carere [11] non possunt." Incensus Canius cupiditate, contendit a Pythio ut venderet. Gra-

---

XXIII. 1. *Causa* con genit. de gerundio equivale a una orac. final. 2. *Quo... posset*, "donde pudiera...". 3. *Argentariam facere*, "tener un negocio de banca". 4. *Venales*, "en venta", para vender. 5. *Ut argentarius*, "por su condición de banquero". 6. *Gratiosus*, "bien relacionado" (*gratia*, "favor, popularidad"). 7. *Tempore*, "a la hora dicha". 8. Entiéndase *erat*. 9. *Piscatorum*, genit. partitivo dependiendo de *quisque*. 10. Constr.: *quidquid piscium est Syracusis, (est) hoc loco*. 11. Los verbos significando "abundar" o "carecer"

vate ille primo [12]. Quid multa? Impetrat. Emit hortos homo cupidus et locuples tanti quanti [13] voluit Pythius, et emit instructos [14]; nomina facit [15], negotium conficit.

Invitat Canius postridie familiares suos; venit ipse mature; cymbam nullam videt. Quaerit ex proximo vicino num feriae quaedam piscatorum essent, quod nullos videret. "Nullae, quod sciam, inquit ille; sed hic piscari nulli solent. Itaque heri mirabar quid accidisset." Stomachari Canius. Sed quid faceret? [16]. Nondum enim Aquilius protulerat de dolo malo formulas [17]. (CIC.)

XXIV. Olvida las injurias

Non expedit omnia videre, omnia audire. Ex iniuriis plerasque non accipit, qui nescit. Non vis esse iracundus? Ne sis curiosus. Itaque alia differenda sunt, alia deridenda, alia donanda; pleraque in lusum iocumque vertantur [1]. Socratem aiunt colapho percussum nihil amplius dixisse quam, molestum esse quod nescirent homines quando cum galea prodire deberent.

Aeque mitis animus Pyrrhi regis. Audierat quosdam Tarentinorum in convivio parum honoratum de se sermonem habuisse; arcessitos, qui interfuerant, percontabatur "an ea, quae ad aures eius pervenerant, dixissent". Tum ex his unus: "Nisi, inquit, vinum nobis defecisset [2], ista quae tibi relata sunt, prae [3] iis, quae de te locuturi eramus, lusus ac iocus fuissent." Tam urbana excusatio, tamque simplex veritatis confessio, iram regis convertit in risum.

Quid facilius fuit Antigono, quam duos manipulares ad mortem duci iubere, qui, incumbentes [4] regio tabernaculo,

---

rigen ablativo. 12. *Gravate ille primo*, "primero (recibe la petición) con reparos", empieza **haciéndose** rogar. 13. Genit. de precio. 14. *Instructos*, "con todos los muebles". 15. *Nomina facit*, es decir, Pitio en su libro de cuentas anota el nombre de Canio como deudor de la cantidad convenida. 16. "¿Qué hacer?" 17. *De dolo malo formulas*, "definiciones sobre el trato fraudulento".

XXIV. 1. *Vertantur*, subj. exhortativo, "tómense a...". 2. *Nisi vinum nobis defecisset*, "si no llega a terminársenos el vino". 3. *Prae*,

faciebant quod homines et periculosissime et libentissime faciunt, de rege suo male existimabant? Audierat omnia Antigonus, utpote cum [5] inter dicentes et audientem palla interesset; quam ille leviter commovit et: "Longius, inquit, discedite, ne vos rex audiat." (SÉN. y VAL. MÁX.)

XXV. Castiguemos sin irritarnos

Prohibenda maxime est ira in puniendo. Numquam enim qui iratus accedet ad poenam, mediocritatem illam [1] tenebit, quae est inter nimium et parum.

Quodam die Plato, cum servo suo irasceretur, ponere [2] illum statim tunicam * et praebere scapulas verberibus iussit, sua manu ipse caesurus [3]. Postquam intellexit irasci se, sicut sustulerat [4], manum suspensam detinebat, et stabat percussuro similis. Interrogatus ab amico, qui forte intervenerat, quid ageret: "Exigo, inquit, poenas [5] ab homine iracundo. Tu, Speusippe, servulum istum verberibus obiurga; nam ego irascor; ne sit iste servus in eius potestate, qui [6] in sua non est." (SÉN.)

XXVI. Clemencia de Nerón

Primis annis imperii Neronis, animadversurus [1] in latrones duos Burrhus, praetoriis cohortibus * praefectus, vir egregius, petebat a Nerone, ut scriberet nomina eorum in quos praeterea animadverti vellet; hocque saepe dilatum ut tandem fieret instabat [2]. Invitus invito [3] cum chartam tradidisset, exclamavit Nero: "Vellem nescire litteras!"

"al lado de", "en comparación con". 4. *Incumbentes* (con dat.), "apoyados en". 5. *Utpote cum*, "puesto que".

XXV. 1. *Mediocritatem illam*, "aquel término medio". 2. *Ponere*, "quitarse". 3. Trad. el partic. de fut., "con intención de". 4. *Sustulerat*, entiéndase *manum*. 5. *Exigere poenas ab aliquo*, "castigar a alguien". 6. *Qui*, antecedente: *eius*.

XXVI. 1. *Animadversurus*, trad. el part. de fut. por "debiendo" o "estando a punto de". 2. Constr.: *instabat ut hoc, saepe dilatum tandem fieret*. 3. *Invitus*, calificando al sujeto; *invito*, al compl. indirecto. 4. *Crudelitatem explere*, "saciar su crueldad".

Quam diversa illa vox erat a Caligulae voto, qui optabat "ut populus Romanus unam cervicem haberet", ut ipse uno ictu et uno die crudelitatem expleret[4]. (SÉN.)

XXVII. Crueldad castigada

Quis non Vedium Pollionem peius oderit quam[1] servi sui, quod muraenas sanguine humano saginabat, et eos qui se aliquid offenderant[2] in vivarium abici iubebat! O hominem mille mortibus dignum! Cum apud eum quadam die cenaret divus Augustus, fregit unus ex servis crystallinum *; rapi illum Vedius iussit et muraenis obici. Evasit e manibus puer et confugit ad Caesaris pedes, nihil aliud petiturus[3] quam ut aliter periret, nec esca fieret. Motus est novitate crudelitatis Caesar, et illum quidem mitti[4], crystallina autem omnia coram se frangi iussit, complerique piscinam. Fuit Caesari sic castigandus[5] amicus: bene usus est viribus suis. (SÉN.)

XXVIII. Crueldad contumaz de Cneo Pisón

Cn. Piso[1] fuit, memoria nostra, vir a multis vitiis integer, sed pravus, et cui placebat pro constantia rigor. Is cum iratus militem quemdam ad mortem duci iussisset, qui ex commeatu sine commilitone redierat, quasi[2] interfecisset absentem, roganti[3] tempus aliquod ad conquirendum[4] non dedit; damnatus extra vallum ductus est, et iam cervicem porrigebat, cum subito apparuit commilito, qui occisus videbatur. Tum centurio *, supplicio praepositus[5], condere gladium carnificem iubet; damnatum ad

---

XXVII. 1. *Peius... quam servi ipsi* (súplase *oderant*), "más aún de lo que le odiaban sus propios esclavos"; recuérdese que *odi* es un perfecto con valor de presente (Gram., § 198). 2. "Los que en algo le habían disgustado". 3. *Nihil aliud petiturus*, "para pedirle sólo". 4. *Mitti*, "que le soltaran". 5. Recuérdese que en la conjug. perifrástica pasiva la persona agente se pone en dativo (Gram., § 207).

XXVIII. 1. *Cn. Piso*, un contemporáneo de Augusto y Tiberio. 2. *Quasi*, "bajo pretexto de". 3. *Roganti*, entiéndase *militi*. 4. *Ad conquirendum*, "para hacer pesquisas". 5. *Supplicio praepositus*,

Pisonem reducit. Ingenti concursu deducuntur, complexi alter alterum [6], commilitones.

Conscendit tribunal furens Piso, ac iubet ad mortem duci utrumque, et eum militem qui non occiderat, et eum qui non perierat. Quid hoc indignius? quia unus innocens apparuerat, duo peribant. Piso adiecit et tertium. Nam ipsum centurionem, qui damnatum reduxerat, duci [7] iussit. O quam sollers est iracundia ad fingendas causas furoris! "Te, inquit, duci iubeo, quia damnatus es; te, quia causa damnationis commilitoni fuisti; te, quia iussus [8] occidere, imperatori * non paruisti." (SÉN.)

XXIX. Moderación en la comida

Non praecipio ut naturae neges quod poscit: sed ut scias, quidquid naturam excedat non esse necessarium. Esurio? edendum est. Utrum hic panis sit plebeius, an siligineus, ad naturam nihil pertinet [1]. Illa ventrem non delectari vult, sed impleri. Sitio? bibendum est. Utrum haec aqua sit e proximo lacu accepta, an ea quam nive aut glacie inclusero ac refrigeravero, ad naturam nihil pertinet. Illa hoc unum iubet, sitim exstingui. Utrum aureo poculo utar, an manu concava, nihil refert. Finem rerum omnium specta, et supervacua dimittes. (SÉN.)

XXX. A buen hambre no hay pan duro

Socratem ferunt, cum usque ad vesperum contentius [1] ambularet, quaesitumque esset ex eo, quare id faceret, respondisse: "Se, quo melius cenaret, obsonare famem [2] ambulando; cibi enim condimentum esse famem, potionis sitim."

Darius in fuga, cum aquam turbidam et cadaveribus

"encargado de la ejecución". 6. *Alter* repetido en caso distinto, indica acción recíproca (Gram., § 140, *d*); trad. "mutuamente". 7. Entiéndase *ad mortem*. 8. *Iussus* con infin., "habiendo recibido orden de".

XXIX. 1. Constr.: *nihil pertinet ad naturam, utrum... an* (interrogación doble, Gram. § 228, 4.°).

XXX. 1. *Contentius*, "a un paso algo vivo". 2. *Obsonare famem*,

inquinatam bibisset, negavit [3] umquam se bibisse iucundius: numquam videlicet sitiens biberat. Nec esuriens Ptolemaeus ederat; cui cum peragranti Aegyptum cibarius in casa panis datus esset, nihil visum est illo pane iucundius.


Moneda de Atenas

Cum Dionysius tyrannus * Lacedaemone cenavisset, negavit se iure [4] illo nigro, quod cenae caput [5] erat, fuisse delectatum. Tum is qui illa coxerat: "Minime mirum, inquit, condimenta enim defuerunt." — "Quae tandem?", inquit ille. — "Labor in venatu, cursus, fames, sitis; his enim rebus Lacedaemoniorum epulae condiuntur." (CIC.)

XXXI. Lección de temperancia

Cum apud Philippum regem, prae vino dormitantem, dixisset causam [1] mulier, fuissetque immerito damnata, se ab eius iudicio provocare [2] exclamavit: "Ad quem ergo provocas?", inquit rex iratus. "A Philippo, respondit illa, bene poto [3] et dormitante, ad Philippum sobrium et vigilantem." Excussit regi crapulam et somnolentiam tam liberum mulierculae responsum, et non modo in eam non est acerbius invectus, sed etiam, causa eius diligentius inspecta, iustiorem sententiam tulit. (VAL. MÁX.)

XXXII. Moderación en el aseo

Cum adulescens fragrans unguento accessisset ad Vespasianum, ut pro impetrato magistratu [1] gratias ageret,

---

"hacer provisión de apetito". 3. *Negare*, "decir que no" (con oración de infin., véase pág. 31, nota 3). 4. *Ius, iuris*, n., "caldo". 5. *Cenae caput*, "plato principal de la cena".

XXXI. 1. *Dicere causam apud aliquem*, "defender su causa (en justicia) ante alguien". 2. *Provocare ab*, "apelar de"; *provocare ad*, "apelar ante". 3. El participio pas. *potus*, de *poto, as, are*, tiene valor activo, como el castellano "bebido" cuando usado en el sentido de "algo ebrio".

XXXII. 1. *Pro impetrato magistratu* "por la obtención de un

hic, ne [2] quam occasionem corrigendi disciplinam praetermitteret, adulescentem vultu [3] aspernatus, voce etiam gravissima increpuit: "Maluissem alium oboluisses." Munusque concessum revocavit. (SUET.)

XXXIII. Moderación de Diógenes

Cum Diogeni, viro ingentis animi, servus unicus fugisset, non eum reducere, licet monstraretur [1], tanti [2] putavit. "Turpe est, inquit, Manem sine Diogene posse vivere, Diogenem sine Mane non posse."

Idem cum vidisset puerum cava manu bibentem aquam, fregit protinus exemptum e perula calicem [3], hac obiurgatione sui [4]: "Quam diu, homo stultus, supervacuas sarcinulas habui!" (SÉN.)

XXXIV. Cincinato

Anno urbis conditae [1] fere trecentesimo, cum quinque equites Romam pertulissent consulem * Minucium exercitumque obsideri, tantus pavor, tanta trepidatio fuit quanta si urbem, non castra *, hostes obsiderent. Alter consul arcessitur: in quo cum parum praesidii [2] videretur, dictatoremque * placuisset dici [3] qui rem [4] perculsam restitueret, L. Quinctius Cincinnatus consensu omnium dicitur.

Spes unica imperii populi Romani, L. Quinctius, trans Tiberim, contra eum ipsum locum, ubi nunc navalia [5] sunt, quattuor iugerum colebat agrum. Eum legati, seu

---

cargo". 2. Después de *ne* se usa *quis* en lugar de *aliquis* (véase página 97, nota 11). 3. *Vultu,* "con el gesto".

XXXIII. 1. *Licet,* "aunque"; *monstraretur,* sujeto, *servus;* aunque le indicaran dónde se había escondido. 2. *Non... tanti putavit* (genit. de precio), "juzgó que no merecía la pena" (que no valía tanto). 3. Trad. como si dijese: *exemit calicem e perula et fregit eum.* 4. *Sui,* "de sí mismo".

XXXIV. 1. *Urbis conditae,* "de la fundación de la ciudad". 2. *Parum,* "demasiado poco"; *praesidii,* genit. partitivo, "protección"; aquí, "como no inspirase mucha confianza". 3. *Dictatorem dicere,* "nombrar un dictador". 4. *Rem,* "situación". 5. *Navalia,* "los ar-

fossam fodientem, seu arantem, operi certe agresti[6] intentum nacti sunt. Salute data invicem redditaque, rogatus ut mandata senatus audiret, admiratus, togam * propere e tugurio proferre uxorem iubet. Qua simul, absterso pulvere ac sudore, velatus processit, dictatorem[7] eum legati gratulantes consalutant; qui terror sit in exercitu exponunt.

Inde Quinctius in aciem profectus, victos Aequos more pecudum sub iugum * misit. Sic expeditione finita, rediit ad boves triumphalis * agricola. Intra quindecim dies coeptum peractumque bellum, prorsus ut[8] festinasse dictator * ad relictum opus videretur. (TIT. LIV. y FLORO.)

XXXV. La espada de Damocles

Dionysius maior, Siciliae tyrannus *, indicavit ipse quam parum esset beatus. Nam, cum quidam ex eius assentatoribus, Damocles, commemoraret in sermone copias eius, opes, maiestatem, magnificentiam aedium regiarum, negaretque umquam beatiorem illo quemquam fuisse: "Visne igitur, inquit, Damocle, quoniam[1] haec te vita delectat, ipse eadem degustare, et fortunam experiri meam?" Cum ille se cupere dixisset, collocari iussit hominem[2] in aureo lecto *, strato pulcherrimis stragulis, abacosque complures ornavit argento auroque caelato. Tum ad mensam eximia forma[3] pueros delectos iussit consistere, eosque ad nutum illius intuentes diligenter ministrare. Aderant unguenta et coronae[4], odores incendebantur, mensae exquisitissimis epulis exstruebantur.

Fortunatus sibi Damocles videbatur. At Dionysius in

---

senales" de Roma, situados en el Tíber. 6. *Certe*, "en todo caso"; *opus agreste* (de *ager*), faena del campo. 7. *Dictatorem*, predicado referido a *eum:* "como dictador". 8. *Prorsus ut ... videretur*, "de modo que parecía en absoluto..."

